



Ré

Hacten mit der Zeit
verloren von Philosophen zu
Lipps abrichten gegen
Wodan's Nachkommen.

Eine Art
durchsetzt
alle

P
S
Philippi Melan
CHTHONIS GRAM
MATICA LATINA,

IAM DENVO RECOGNI
ta, & plerisq; in locis locupletata,
& autoris uoluntate
edita.

++ E


ACCESE R V N T E T A N-
notationes recentes, studiosis adolescentibus
cum primis utiles futurae: unà cum Tractatu
de Orthographia, Ioach. Came-
rario autore.

Ex Libris f. Predicatorum Auguſtinaug



BASILEAE, PER IO-
annem Oporum.

E. F. M.



IOACHIMVS CA- MERARIUS LE- ctori.



VNC libellum primū com-
positum à Philippo Melanch-
thonē, deinde multis in locis
auctum, & quasi reconcinna-
tum à Iacobo Micyllo, opti-
mū uisum fuit, etiā apud nos
proponi inter eos, de quibus ordinaria doctri-
na explicaretur: quòd non modò Grammati-
cæ artis necessaria præcepta hic cōplete teretur,
sed ea ipsa accurate & modicè in illo descripta
essent. Indicatio quādā adhuc deesse uideba-
tur, cùm eorum locorum quæ de autoribus lin-
guæ Latinae exemplorū causa adducta essent:
tum aliorum quorundam, qui nōnulla tracta-
uissent uerbosius: non modò hic iam ut disci-
pulis, sed magistris etiam utilis esse posset, qui
bus ea quæ alijs tradenda sunt, notiora scilicet
esse oportet. In quā rem duo nuper adolescen-
tes docti, & perquām studiosi, magistri bona-
rum artium, Philippus Bechius, & Ioannes Ba-
ptista Schēgius, & alijs, qui in nostra Academiā
Grammaticam Latinam publicè profiterētur,
eam operam dederunt, quæ à me prædicari aut
commendari non debet, præsertim exposita ad
cognoscendum omnibus, ut, quemadmodum
dici solet, ἀντὶ τὸ ὄψιον artificem demōstraturum

IOACH. CAMERARI

fit. Etsi autem Schengius infinita quadam diligentia, nonnulla nimis subtiliter scrutatus esse poterat, & ea interdū annotasse, quæ essent in medio: tamen in his paucis, quorūdam etiam uel occupationibus seruire, uel laborē minuere, uel etiam (dicendum enim est) inertiae subuenire uoluit. Cetera erunt eiusmodi, ut omnibus eruditis & bonis probari necesse sit. Nam & omnia nos recognouimus, & in quibusdā etiam adhibuimus nostram censuram: qui certè si quid in ista parte nobis iudicij & scientiæ uēdicamus, id non iniuria facimus, cum in his studijs omnem ferè priorem ætatem consumperimus: & eadem iam ingrauescente, ad hæc initia doctrinæ sæpiissimè respiciamus.

Deesse adhuc uidebatur doctrina Orthographiæ. Hæc igitur & ipsam adiungendā duximus, breuiter re indicata potius quam explicata: ita tamen, ut quod ad rationem emanatè & rectè scribēdi pertineat, id à me, ἀστρονόμῳ, & generaliter demonstratū uniuersum esse confidam. Erit igitur iam deinceps hic libellus omnibus, ut dici solet, numeris absolutus, & ī, cui neq; deesse aliquid magnopere annotatione dignum, neq; accedere amplius posse uidetur: ut nunc cōsistere hoc fine perfectionis suæ debeat, ne perpetua mutatione renouetur, & sit quasi πύλη πρὸ πύλων, πύλη γέμεις καὶ πάλη. Sed de his satis.

Nostris confido à plurimis, qui hoc libello uti

EPISTOLA.

uti uoluerint, gratiam habitū iri & meo etiam
simul studio ac curæ. Christum ὥτηρα oro, ut
pietatis & bonarum artium cœtus inter hos
mundi uarios furores, benignè tueri uelit, ad
ueritatis æternæ illustrationem, & gloriam san-
ctissimi nominis sui, & Ecclesiæ suæ incre-
menta. Lipsiæ, idib. April. Anno
Christi Iesu M.D.LII.

P H I L I P P V S M E=

L A N C H T H O N I O A C H I M O

Camerario Pabeperg. v. opt.

amico S.summo,

S. D.



VNT quidē scholastici magistra-
tus opinione multorū, neq; digni-
tate præstantes, & laborū atq; pe-
riculorū singulariū expertes: utq;
doctorum sapiētia χολινὴ εχειν
perhibetur, ita horum inter ipsos administratio
lenis & placida & tuta esse creditur. Tu tamen pro-
fectò & sensisti nunc etiam, quanta molestia sit cū
τῷ αὐχειν: & semestre tuum finitum esse, ualde læ-
taris. Atq; essent fortasse in nostris πολιτῶμασι
facilia omnia, si non scholasticus ordo iniquitate
quadam uel hominum uel temporum grauiter labo-
raret. Experimur enim indies magnas & difficiles

PHILIPPI MEL.

aduersationes, cum quibus nobis est luctandum, im-
pari quidem apparatu, et admodum dissimilibus co-
pijs. Nam quibus nos rebus instructi sumus, id est,
humanitate et literis, et mediocri eruditione ac do-
ctrina, eae neque firmae satis ad protegendum, neque ua-
lidae ad defendendum reperiuntur hoc tempore, quo
animi hominum, diuitiarum et potentiæ splendore
capti, fauoris et existimationis quasi uiribus desti-
tutas illas, imbecilles et invincitas relinquunt. Nam
quod sit aduersariorum robur, quæ et quam densa
agmina, quæ uirorum armorumq; instructio, nihil
est necesse perscribi: præsertim ad te, quem certius
omnia quam uelles, non audiendo, sed experiundo
comperisse scio. Atque utinam esset inter eos modò
concordia, et animorum uoluntatumq; consensio,
quorum unus ordo est, nam uix tis oīoū συμμοχα,
neque in professione pulcherrima opt. literarum et
artium usurparentur alienissima studia pertinaciæ
et malevolentiae: ita enim melius uel cedendo, uel
dimicando, si opus esset, salutē possemus tueri. nam
dignitatem quod speremus, nihil est, quam prorsus
amisimus. Dicit noster ciuis Demosthenes, locuplet-
tem esse Rempub. eam, quæ societate et fide et be-
nevolentia augeatur: quibus nostræ ferè communi-
tates nequaquam abundant. Sed haec de quodam sen-
su misericordie nostræ copiosius disputauit, quam debui.
Et cogitandum nobis est, cum nostra delicta, tam
prioris

E P I S T O L A.

prioris quam quotidianæ uitæ mereri animaduersa
fionem quandam in nos, tum certo quodam cōsilio
conniuere interdum Deum ad hominū audaciam
et scelerat: ut, quemadmodum dicit idem, cuius pau
lo antè memini, Demosthenes, sibi in consideratio
ne summæ dementiæ Atheniensium saepe subiisse φο
βεῖσθαι, μή τι θλιψόν ταῦ πράγματα εἰλέγειν: ita
nos certò statuamus, hæc mala, quorum partim do
lore, partim metu exercemur, non existere fortui
tò, sed certis de causis à Deo immitti generi huma
no: et permitti, ut diabolus author calamitatum, se
uiat aliquando in terris immanius. Ac cum nos cu
piamus esse in eorum numero, qui Christi primum
ipsius, deinde Apostolorū p̄reconio conuocati fue
re, et nunc etiam uerbis illorum conuocantur, qui
est cœtus Christianus, et Ecclesia Dei: non quere
lis et nos et alios defatigare, sed hoc agere et per
ficere debemus, ut ueritatem colamus, et fidē Deo
p̄testemus: et freti misericordia illius, cōsistamus
quisq; loco suo, non solū fortiter, tanquā in acie pu
gnaturi, si necesse sit, sed perpessuri etiā quæcunq;
oblata fuerint: scientes, Deū, qui propter filiū nos
benevolētia sua cōplexus fuit, nō posse à nobis esse
alienum, et hunc conseruaturum Christo suo pro
prium cœtum, in quo ipsius charitas et merita, ac
beneficia inestimabilia perpetuò p̄dcentur, et
laudetnr ipse pater Domini et liberatoris nostri Ie

PHILIPPI MEL.

su Christi, cum sancto Spiritu. Hic neq; durare, neque constitui sine scholasticis conuentibus, & bonarum artium cultura potest. Quapropter idem Deus noster etiam harū curam geret, & perficiet, ut aliquas sedes habeāt, in quibus exerceri atq; tractari possint. Nam si quid est uitij in re, uel si qui docti aut à cognitione & honore Dei se auertūt, aut ad ueritatem oppugnandam cōuertunt, de ijs iudicium relinquamus τῷ μόνῳ ἀληθεῖ λεγτῷ, quē neque fraus ullius fallere, neq; improbitas effugere poterit: nostrū n uero quisq; uelut in acie ac castris, suum locum teneat, & exequatur munus suum. Omnes autem spe certa nos sustentemus amoris Dei erga nos, propter Christum, qui uenit in hunc mundum, ut deformes peccatis, & sceleribus pollutos, et flagitijs inquinatos ablueret & mundaret. In huius igitur fide, illa, quam dixi, spe nos consolemur, & precibus incumbamus, inuocātes opem Dei nostri, in his communibus tantis miserijs, & ærumnis proprijs nostris. Nequaquam autē existimemus, in studiorum nostrorum etiam exordijs, & primis elementis uersari, aut Deo minus gratū, aut nobis in honestum esse. Immò haec ipsa fundamenta fideliter & accuratè collocemus, super quibus aliquando ædificia præclara doctrine extruantur: ut puer possit perdiscere ea, quib. μετ' ολίγοι χώραι γενόμενος utatur: neū requirat tum, ut multis accidit, quasi ἐφόδιον

E P I S T O L A.

ἐφόδιον doctrinæ, cum in medio iam itinere uersa
 bitur. Itaq; neque me piguit, puerilia studia etiam
 grammaticis præceptiunculis instruere, neq; illius
 operæ pudet. Tibi quidem ago gratias, cum meos li
 bellos edi curas, & dexteritatem Chalcographi ue
 stri tua industria adiuuas. Neq; admodum labore,
 utrum iudicio uero, an benevolentia tantū mihi tri
 buas: neq; facile dixero, utrum maiorem mihi uolu
 ptatem allaturum esse uideatur. Legi etiam nuper
 epistolam tuam, quam libello nostro Grammatices
 græcæ præponi uoluisti, scriptā perbellè: atq; mihi
 ualde placuit uoluntatis tue constantia erga hanc
 partem, quæ contemnitur & parui fit à plurimis.
 Nunc quidem quod petis, ut obsequar desiderio Pa
 pæ, & tibi gratificer, in eo & libenter & cupidè
 morem tibi geram, immò permitto uestro arbitrio
 totam editionem libelli mei: de quo quicquid egeri
 tis, id recipio me ratum firmumq; habiturū, uel e
 tiam, ut ἀπλάστρον dicam, magnopere & per om
 nia probaturum esse. Ac me cum hoc studio uestro
 ornari constet, quòd tam sollicitè peteres ueniā edi
 tionis, nihil erat. Quis enim est, qui soleat refraga
 ri honoris suo: εὐεργέτη χρήση πατέρων γενετόδε, τε
 μώμονος χαίρεσσι, secundum συλλυπήν φιλάσσοφον.
 Sed de his satis. Scripsi autem & Papæ, ut cumulate
 satisfacerem uoluntati uestræ. Etiam dubitabā, an
 peruenture essent istuc literæ meæ ante disceßio-

PHILIPPI MEL.

nem tuam: et si eram in ea opinione, te omnino Ballorbodum expectaturū, neque sine illo uel duce uel comite iter istud ingressurum esse. ad quod quidem quod attinet, cupio te, feliciter illo confecto, quam primum redire ad tuos, nāi πρὸς τὴν χολαργίην ταξιδεύειν, cuius humilitate & puluere scio neq; præstantiam neq; splendorem ullum esse potiorem animo tuo. Deus pater Domini nostri Iesu Christi te custodiat. Vale. Tuam familiā uniuersam amanter saluto. Comes noster in animo habeat sententiam Aristotelicam, ὅτι οὐδὲ αφέγειν εἶχως σφετῆ τῶν ἀλλων, εἴτιν ὥστε θεὸς καὶ αὐθεόποιος. quo magis amet disciplinam, & gratias agat Deo, cum copiam ipsi fecit euadendi eis πάντων θεοτάτων, τυχόντις πειδεῖας ὁ γέθης. ut ait Plato. Iterū uale. XV.

Calend. Nouembris: id est, altero die,
postquam tuas accep-
peram.

PHILIPPVS MELANCHTHON:
honesto viro Valentino Papæ, Chalco-
grapho Lipsensi S. D.

Significauit mihi Ioachimus Camerarius, cui tuam diligentia & industriæ operā ualde probari intellexi, te cupere hoc tempore emittere in officina tua elaboratum libellum Grammaticæ latinæ meum: ita quidem, si hoc mihi non contrarium futurū sit. Ego uero, et si pro ea amicitia, quæ

E P I S T O L A.

quæ mihi cum Ioachimo tot annis intercedit, quic
quid de illius consilio fecisses, fueram comproba-
turus: tua tamen moderatione sum delectatus. Ne
que tibi solum libenter permitto, ut hūc libellum
meum edas: sed cum alios meos iam tuis typis ex-
pressisti, ago tibi gratias: atque si potero adiuuare
conatus tuos, non patiar requiri studium meum.
Quinetiam Procemiū non recusauissem scribere,
si paululum modò ocij suppeditauisset. Nam ego
hoc tēpore grauibus & molestis negotijs sum oc-
cupatissimus. Velim à Ioachimo aliquid scribi.
Sed de his uos statuetis. Quicquid autē feceritis,
hoc me non solum probaturum, sed gratum etiam
& acceptum habiturum esse polli-
ceor. Vale. x v. Calend.
Nouembris.

HONESTO VIRO C H R I-
stiano Egenolpho, Typographo Fran-
cofordiensi, Philippus Melan-
chthon S. D.

C Vm uiderem uersari passim in manibus puer-
rum, libellum à me quōdam ad usum Ebneri a-
dolescentis, de Grammaticæ elementis collectū,
sæpe optauī, ut eruditus aliquis ac prudens censor eum
emendaret, & quædā adiiceret, à me non recte præ-
termissa: aut certe ut ederet Grammaticen aptiore ē
utiliorem pueris. Quanquam enim extant Grammatici
libri multorum, tamen pleriq; propter prolixitatē negligi-
guntur. Valde autem probo Micylli eruditionem ac iudi-
cium:

PHILIPPI MEL.

cium: & video eum ea uirtute præditum esse, ut schola-
sticas operas non fastidiat. Quare cum eum propter in-
genij elegantiam, & multiplicem eruditionem, ac mo-
res optimos, amem & suspiciam: profectò ob hanc cau-
sam pluris etiam facio, quod non grauatim confert ope-
ram ad iuuāda puerilia studia, cum alia posset scribere,
& iudicium ipsius & uoluntatē sentio laudandam esse.
Videt quid cōducat publicis studijs. & est iustitia nostri
ordinis, hanc militiam non defugere, ac iuuare discētes.

Cum igitur hanc Micylli uoluntatē nossem, & sci-
rem singularem eius in iudicando prudētiām esse, orauī
eum, ut emendaret hunc Grammaticū libellū, qui meo
titulo circunfertur. Etiam si mibi plus ocij esset, tamen
anteferrem Micylli censuram meā. Sciunt autem multi,
quae mibi, non dicam occupationes, sed plane aerumnæ,
scholastica negotia, quae & amo, & facio plurimi, sae-
pe de manibus excutiāt. Gaudeo igitur, mi Egenolphe,
Micyllum hanc emendationem instituisse: ac adolescen-
tes bortor, ut & Micyllo & tibi agant gratias. In mea
prima editione quædam desiderabantur. Quare inquam au-
tem adyci illa prodest, tamen modus adhibendus est in
locupletādis præceptis, ne deterreātur adolescentes pro-
lixitate. Sed hanc totā rem cūm prudētiā, tum fidei Mi-
cylli cōmitto, qui quidem hunc labore & utilē, & nea-
cessarium, & Deo gratum esse existimet. Quare intū enim
refert Ecclesiæ Christi, rectè institui pueros in Grāma-
ticis? Cum doctrinæ cœlestis puritas cōseruari sine lite-
ris non possit, cum multæ controversiæ maximarū rerū
expbra-

ETIOLA.

ex phrasij iudicandæ sint, cum ad explicationem opus sit
habere in prōptu ac numerato proprij sermonis copiā.
Quid erit in ecclesia doct̄or sine Grammatica aliud, nisi
aut λωφὴν ἀρδεωπον, aut impudentissimus rabula? Ac ne
amare quidem sacras literas possunt, qui genus sermo-
nis non intelligūt. Verissimū enim illud est, quod dicitur,
Ignoti nulla cupido. Qualis autē ille erit in Ecclesia do- Ouid.lib.3
ctor, qui nec amat, nec intelligit, nec enarrare doctrinā de Arte.
cœlestē potest? Satis graues pœnas olim dedit orbis, con-
temptæ Grammatices, cum monachi non germanas sen-
tentias, sed adulterinas scholis & populo proponerent.
Et tamen magna tunc frequentia fuit discentium: & a-
liqua studia suisse cōstat, sed depravata. Quid esset recte
loqui, pauci uidebant: multo pauciores iudicare phrasin
poterant. Nunc in tanta discentium paucitate, quales te-
nebræ futuræ sunt, si illi ipsi, qui doctrinæ custodes esse
debebunt, non recte fuerint instituti? Quare Principes,
inter cæteras curas publicas, complecti etiam studiorū
conseruationem debebant. Sed quām paucos hæc cura-
tangat, res loquitur ipsa. Ideo opto, ut ciuitates hoc tan-
tum ornamentum Ecclesiæ & totius uitæ tueri & con-
seruare conentur. Si agnoscunt hi, qui præsunt ciuitatis
bus, se in restitutione religionis, ac depulsione horribi-
lium errorum & adulteriæ, adiutos esse literis &
eruditione: uicissim meminerint, se hanc gratiam eis de-
bere, ut eas ab interitu uindicent. Cogitēt quæso, qualis
barbaries ciuitatū futura sit, si ueluti in Scythia, nemo
literas sciet, si deerunt qui de religione eruditè alios do-
ceant, qui errantibus ciuib⁹ cōsilia dare queant. Non
nego,

PHILIPPI MEL.

nego, magna ornamenta esse ciuitatum, quæ ferè sola
nunc expetuntur, opes, fundos, arces, frumentum, arma:
sed profectò hæc neq; sola, neq; præcipua bona sunt. Co-
ierunt cœtus, & iure consociati cinxerunt se mœnibus.
quam ob causam? Hæc uera & præcipua causa est, pro-
pter quam ad societatem homines conditi sunt, ut alij a-
lios de Dei uoluntate & de cæteris rebus bonis doceant.
Præclare igitur Stigelius:

Pōst ubi senserunt se semina ducere cœlo,

Atq; aliquem, mundum qui regat, esse Deum:
Tunc primū m amplexi iuncti confortia cœtus,

Tegmina uicinis composuere casis.

Vtq; alios alij de religione doccent,
Contiguas pietas iussit habere domos.

Hinc urbes struetæ: quarum est ante omnia munus,
Adseruisse Deo, quam iubet esse fidem.

Luceat ergo in ciuitatibus uera Dei notitia, celebre-
tur gloria Dei: gaudeant politiæ, se esse domicilia Eccle-
siæ. Sed ut hoc uerum decus tueantur, omnino opus est
scholis & literis: quas qui negligunt in ciuitatibus, non
politici uiri, etiam si sunt industrij, sed Cyclopes strenue
ducendi sunt: quorū est immanis ista oratio apud poetā,

Odyss. 9. Sed non Cyclopes numen cœlestē uerentur.

Verūm quod delabor? Omnes igitur pīj, & amantes
Dei ardenti bus uotis orent Deum, ne extingui studia li-
terarū finat. Deinde suo quisq; loco iuuet discētes. Ipsa
etiam adolescētia meminerit, se præcipuam esse partem
Ecclesiæ, ut Christus inquit: Sinite paruulos uenire ad
me. ac cogitet, suas operas in discendo pertinere ad con-
munem

EPISTOLA.

munem omnium salutem, & ad gloriam Dei. Nam reliqua ætatis studia imitantur hoc tyrocinium. Qui non recte Grammaticen didicerunt, postea cæteras disciplinas audacissimè corrupti sunt. Apparet enim & hic, ut principium dimidium totius esse. Ut in tenebris colores discerni nequaquam possunt, ita sine Grammatica iudicari de sermone in cæteris artibus nullo modo potest. Quam multa possent turpia errata, quæ magnam ruinam in Ecclesia, & gubernatione uita traxerunt, tantum ex infiditia Grammatices orta, recenseri? Quare exuscitanda est adolescentia, ut propter publicā necessitatem, literas & amet ardentius, & discat impetu & cura maiore. Quod si facient, sciant se esse plantulas, ut ait Iesaias, satas ad glorificandum Deum: & expedient à Deo ingentia laboris ac sedulitatis suæ præmia. Bene uale mi Christiane, & Christo strenue seruato
in iuuanda re literaria. Vuitebergæ,

Anno M. D. XL.



GRAMMATICAE DEFINITIO.



Rāmatica, est certa loquēdi et
scribendi ratio. Docet enim Grā
matica, non solum qua ratione
ac lege uerba inter se iuncta sen-
tentiam absoluant, aut quo dis-
crimine casuum, uel inclinationis sigillatim aliæ
ab alijs differant: uerūm etiam, quibus queq; lite-
ris scripta, id, cuius significandi gratia adhiben-
tur, exprimant atq; exponant. Estq; hoc in primis
cauendum pueris, ne facile assuescant scribendi ra-
tionem negligere, aut literas alias pro alijs temere
usurpare. Nam perinde ut intelligi nō possunt, quæ
sine certa ratione ac lege, uerbis quomodo cung;
consutis efferuntur: ita neq; singularum partium
significationem certam aliquam apprehendere li-
cebit, si non cædem illæ suis ac proprijs literis no-
tentur. Ut enim si dicas, Petrus percussit Fabius,
aut, Mulier hæc facetus est, nil certi sonat: ita si
promiscuè scribas, Pario et Pareo, Fallo et Val-
lo, confundentur legentium animi, neq; ullam cer-
tam rei notitiam asequentur. Quare ne quid tale
usuueniret, inuenta est Grammatica, quæ tradereet
certum artificium tam scribendi, quam loquendi.

a Estq;

Estq; eadem hæc ars, cæterarum omnium uelutē
fons & origo quædam, cuius fundamenta, quem-
Li. i. cap. 4. admodum Fabius inquit, nisi quis fideliter iecerit,
quicquid superstruxeris corruet.

Nomen γραμματική, Germanis significat ein
schreibkunst. Habet enim appellationem à primis
Li. 2. ca. 15. artis initijs, uidelicet ; literis. Fabius latine Lite-
ratum am uertit. Vnde & literatores à quibusdam
uocatos uidemus eos, qui in re Grammatica, hoc
est, in literis uersarentur.

Suetonius de claris Grammat. Sunt qui Lite-
ratum à Literatore distinguant, ut Græci Gram-
maticum à Grámatista: & illum quidem absolutè,
hunc mediocriter doctum existim ent.

P A R T E S G R A M- maticæ.

PArtes Grammaticæ quatuor sunt: Orthogra-
phia, Prosodia, Etymologia, & Syntaxis. Ex
quibus priores tres ad singulas dictiones pertinent,
postrema autem ad compositionem multarum.

Orthographia est, que docet recte
scribere: ut Fallo, per F, quando idem quod decipio
significat: Vallo, per V, quando idem quod circun-
do, ac munio. Item Pareo, per E, quando idem quod
obedio, siue obtempero, notat: Pario autem per I,
quando idem quod gigno, siue procreo . Dicitur
hæc

GRAMMATICĀ.

hæc ab ὄγθως, quod rectè Græcis sonat: οὐ γάρ, quod idem quod scribo.

Prosdodia est, quæ docet accentus, hoc est, qua uoculatione seu tono, dictio quæq; pro nuncianda sit, ut Libère, cum uerbum est, media cır cunflexa: Liberè, aduerbium, prima acuta, ε&c. Non men προσῳδία, Latinis accentum significat, à πρὸς ετῶν: quorum hoc cantum, illud idem quod ad sicut appellatur, gnificat.

Etymologia est, que discriminā casuum in dictionibus tradit: hoc est quæ casus ετ in clinaciones dictionum à se mutuò discernit, ετ quo pacto aliæ ab alijs differant ostendit: ut, Dominus à dominor, Amor ab amo. casu ετ inclinatione difserunt: Fortiter à fortis, Sapienter à sapiens, etiam partium differentia. Ετυμολογία, Cicero Latine uertit ueriloquium, eo quod dictionum proprietatem tradat. Quanquam enim eadem significant, ετυμολογία Bonus ετ boni, Aequus ετ æqui, εtc. alia tamē est uocant, id in alio casu proprietas. Est autem ετυμον idem quod uerum, rectum, siue certum: ab ετεῖν, quod ab ειαι deducunt Grammatici: λόγος, idem quod sermo.

Syntaxis est ratio coniungendarum uocum, seu faciendæ orationis: hoc est, quæ docet quibus generibus, personis, numeris, aut casibus.

a s quæq;

Gel. li. 13. c.
24. quem ac centum nō dicimus, uoculationē appellat.

In Topicis
quā Græci
ετυμολογία
est uerbum
ex uerbo ue
riloquium.

queque uox cum alia composita sententiam absolutat. Neque enim eodem modo dicimus, Careo tibi, ut do tibi: aut eodem, Quies bonus, ut Dies bonus: sed est sua cuiusq; compositionis ratio, suus ac certus omnium usus. Dicta est autem ouerba & ouerba, quod uerbum idem quod ordino atq; compono significat.

Atq; hæc communis partitio artis est, qua proprium atq; potissimum Grammaticæ officium, hoc est, tota loquendi scribendiq; ratio continetur, quā

* Hec Dio uno eodemq; generali nomine Methodicen * uete medi li. 2. res appellantur.

epistola di- Subiicit autem Grammaticæ Fabius, & poetarum narrationem, quam Græco nomine *ἰστορία* uocat †. Sed hæc maioris operæ est, quam ut intra Grammaticæ fines contineatur: adeoq; latè patet, ut non unius alicuius artis, sed omnium propè di-

* Diome- sciplinarum cognitionem requirat. Proinde ad do- des *ἴστορις*- cētis professionem & officium potius, quam ad ar- tū, quia tis ipsius subiectum pertinere eadem uidetur: nec cōsistit prē magis Grammaticæ pars censenda, quam uel Me- cipue in in dicinae sciētia Phisices, aut legum peritia eius que- tellectu po etarū, scri- * est de moribus appellata.

ptorū & hi- † Lib. i. cap. 4. & 14. Dux sunt partes, quas hæc storiarum professio pollicetur: id est, ratio loquendi, & enar- própta ex- tatio authorum, quarum illam methodicen, hanc positione. historicen uocant.

DE LITERIS.

Vt igitur ad orthographiam redeamus, continet hæc literarum rationem. Pertinet enim ad recte scribendum, differentiam, cognitionē, omnemq; sūm literarum tenere.

Literæ tres & uiginti uulgo numerantur: A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

In his Græce sunt, K Y & Z. quarum posterioribus duabus non alibi quām in Græcis dictionibus utimur.

K autem, qua olim Kalendas, & propriorum quorundam nominum principia notabant, hodie nullo in usu est: tantumq; in numero cæterarum, ut Fabius † inquit, manet.

Lib. i. ca. 5.

Diomedes uocat consonantem superuacuam

H, aspirationis nota magis est, quām litera: indeq; neq; inter uocales, neq; semiuocales, neq; mutas recensetur.

Gel. ii. 2. ca. 3. spiritū magis quām lit eram dici oportere

Dictæ autem sunt literæ, siue quodd legendō iterentur, quasi legiteræ: siue etiam à lituris, ut Priscianus † ait, eo quodd in tabulis ceratis antiquis scribere solebant, posteaq; delere. Eadem alio nomine etiam Elementa uocantur, quasi prima orationis principia: quoniam inter se iunctæ literæ, perinde

Lib. i de lit.

PHILIP. MEL.

ut mundi elementa corpus, ita hæ uocem, siue distinctionem efficiunt.

Prisc.li.i.Hoc interest inter elementa & literas, quod elementa propriè dicuntur pronūciationes, notę autem earum literæ. Abusuē tamen & elementa pro literis, & literę pro elemētis uocātur,

Diuiduntur aut̄ literæ in Vocales & cōsonātes.

Vocales sunt, A E I O V & Y Græca. Sic dictæ, quod per se sonent, ac uocem edant.

<i>Ex his diphthōgi conflantur</i>	<i>{ AE OE AV EV }</i>	<i>{ Cæsar. Cœna. Auster. Eurus. }</i>
------------------------------------	------------------------------------	--

Et antiqua EI: ut, parteis, omneis. Cuius usus est in accusatiis tertiae declinationis nominū, quæ in Ut amicei, duas consonantes excunt, aut genitium singularē magnei, a- nominatiuo similem faciunt : ut sunt, Ars, Pars, pud Gell. Mens, Omnis, Pinguis, Dulcis, & similia. Quan- lib. 13. cap. 24. Lege quam eadem antiqui & etiam in alijs quibusdam s̄e Quint.li.i. p̄e usi fuerint, quæ tamen scribendi consuetudo no- cap. 12. stris temporibus prorsum exoleuit.

Est autem diphthōys, geminus sonus unius syllabæ, ut apparet in AV & EV. nam AE & OE ueteres aliter atq; nunc solemus, pronunciabant.

Consonantes sunt reliquæ literæ, præter uocales, omnes; ut, B C D F G K L M N P Q R S T X &

X & Z. Quæ quòd per se solæ syllabam non faciant, sed uocalibus consonent, hoc nomine appellatæ sunt.

Diuiduntur autem & haec bifariam, in Mutas & Semiuocales.

Mutas uocant, non quia prorsus in dictione obmutescant, sed quòd sonum aliquanto obtusiorem, quam semiuocales, reddant. Ideoq; et in fine dictiōnum minus crebrò quam ille, pleræq; etiam nūquā posite reperiuntur.

Sunt autem, B C D F G K P Q & T: quæ postrema, sequente I cum uocali altera, in Latinis dictiōnibus, ferè cum sibilo effertur, ut in nominibus Gratia, Oratio, Antium, Latium, & similibus.

C autem, K & Q, quanquam apud ueteres Latīnos eiusdem potestatis fuerint, eodemq; modo proferantur, hodie tamen, corrupta uidelicet uera pronunciandi consuetudine, C quidem sequente E vel I, eodem ferè sono quo Z, effertur: ut in dictiōnibus, Cera, Cinis, &c.

Q autem à consonante V, cum qua sola scribitur, potestatem mutuatur, mixtumq; quiddam ex K & V reddit: ut in Equus, Obliquus, & similibus, in qbus apud antiquiores V prius quiescere solebat.

P quoq; cum aspirationem assumit, aliter hodie quam apud ueteres consuevit, pronunciari uidetur. Ridet enim alibi Cicero testem Græcum, qui

Quint. l. 1.
ea. 5. refert
iocū Cice-
ronis ex o-
ratiōe pro
Fundatio.

* P H I L I P. M E L.

primam literam Fundanij, pro quo testimonium dicebat, proferre non posset: uidelicet quum pro Fundanio, Phundanium. Graeca pronunciatione ciataret. Hanc literam Germani per pf ferè reddunt, loco aspirationis assumpta: quemadmodum ex uoce φεν, quam nostri pfeu dicunt, & similibus quibusdā alijs animaduertere licet. Fuerunt enim ueteres Germani, quod ad pronunciationē & lingua attinget, in plerisq; Græcis quam Latinis similiores.

F inter discrimina dentium efflenda est, teste Fabio li.12.ca.12.hoc est, spiritu leniore proferēda, inferiore labio superioribus dentibus affixo. in ph magis stringuntur labia, priusquam erumpat spiritus. Eras. in dialogo de Recta pronunciatione.

Semiuocales dicuntur, quae ad uocales propius accedunt, sonumq; aliquanto clariorem reddunt. Haec sunt, L M N R S X & Z.

Ex quibus priores quatuor etiam Liquidæ appellantur, eo quod uocales, quibus iunguntur, interdum liquefcere faciant, hoc est, syllabam commutas posse munem efficiant: ut in Tenebræ, latebræ, & similiæ in eadē libus, quarum media alibi producuntur, alibi syllaba, ripiuntur.

X Autem & Z, duplices uocantur, eo quod duarum consonantium uim habent. Soluitur enim X in C S, uel G S, id quod ex obliquis nominum in X apparet: ut, Dux ducis, rex regis, &c. in altero X in C & S, in altero eadem in G & S resoluta.

Z apud

GRAMMATICA

9

Z apud Græcos, unde eadem sumpta est, per se redditur: ut cum συγίστειν pro συγίζειν dicunt. Apud Latinos autem in duplex s̄s ferè commutatur: ut cum patrisso ex πατρίσῳ facimus, Atticisso ex ἀττίκησῷ, & id genus alia. Veterissimi autem etiā Medentius pro Mezentius, & similia scribebant, Græcorum in hoc consuetudinem sequentes. Sed hæc posteriorum Latinorum usus repudiauit.

Est in z & d affinitas. inde Plinius in Epistolis frequenter ait, zieta pro dieta. Hæc Lancilotus li. 3. cap. 17.

Cæterūm transeunt & ex uocalibus quædam in consonantes aliquando, uidelicet I & V, de qua etiam paulò suprà meminimus. I, quando in Latinis dictionibus à principio ponitur, sequente uocali: ut, Iuno, iuuo, Iupiter. aut in medio inter duas uocales: ut Peior, Maior, &c.

Prisc. li. i. In principio dictionis pro simplici, in medio pro duplice consonante accipitur, &c. Vbi antiqui solebant geminare i, & maius, peius, eius scribere.

V uero, quando pro ea litera sumitur, quæ Græcis digamma Aeolicum dicitur, Germanicè autem per Vu geminum scribitur. ut, Vinum, Veritas, Vallum: Germanicè ðwein, ðwarheit, ðwill, &c. Cuiusmodi tamen uoces uulgò hodie per F enunciantur. usi, ut in plerisq; alijs, pro ratione ualente. Quod è potissimum hic admoneo, quod

a 5 sciam

sciam huius rei obseruationem & curam, magistros puerorū uulgò negligere atq; contemnere, communi uidelicet loquentium consuetudine contentos. Tametsi autem usu aliter multa hodie pronuncientur, quam ratio & linguae proprietas postulat: plurimū tamē refert, hec & similia à principio diligenter ac rectè percepiſe.

Fnostrum figuram duplicis r̄ habet: atque repertum est, ut Gel.li.14.ca.5.ait, ad declarandum sonum syllabæ, quę per duo v scribitur, ut in uul gus, riuus, cliuus. Et ad hūc usum à Claudio inuectum esse, testatur Quint.li.1.ca.12. Sed loco digā matis postea in Latinis placuit uerbis, v pro consonante scribi. Prisc.lib.i.

Porrò habent & cognitionem inter se quādam literæ, qua aliæ in alias subinde cōmutat ir. ut, *Quis* cuius, *Rex* regis, *Pax* pacis, *Dico* dixi, *cingo* cinxi, *coquo* coxi, *loquor* locutus sum, *Amplector* amplexus sum. Et in compositione: *Aptus* ineptus, *Amicus* inimicus, *Quero* inquirō, *Plau do* complodo. Item ex in & probus, *Improbus*: ex con & rapio, *Corripi*: ex ob et curro, *Occurro*, et id genus alia. Quę commutatio, quia circa declinationes & compositiones uerborum potissimum usuuenire solet, & tam ad Etymologiam, quam ad Orthographiā pertinet, de eo suo loco in frā plurib. agemus. Atq; hactenus de literis praecepisse sufficiat. Cetera docebit usus, artiū magister.

De

GRAMMATICA.
DE SYLLABIS.

ii

Proxima Grammaticæ pars Prosodia est. hæc ad syllabas propriè pertinet, perinde ut superior ad literas. Fiunt autem ex literis syllabæ, quemadmodum rursum ex syllabis dictiones, & ex his deinceps orationes.

Syllaba, est comprehensio literarum quæ uno eodemq; spiritu ac tono effreruntur: ut, Pes, Crus, Frons, Stirps, &c. Dicta à Græco uerbo συλλαβὴν, quod comprehendere significat. Nam unica uocalis, cū syllabam facit ναταχγηγινῶς, hoc nomine appellatur, ut placet Grammaticis.

Hoc loco monendi pueri sunt, quæ consonantes cum quibus rectè connectantur, aut syllabam faciāt. Sæpe enim uidemus etiam adultiores in hac re pecare, dum uel disiungunt quæ natura cohærent, uel rursum connectunt quæ seorsim sumi debebant.

Rectè autem coniunguntur in eadem syllabæ Consonantes, quæcunq; à principio dictionis simul sumi possunt, uidelicet Mute cū liquidis: ut Flauus, Gnaeus, Praeius, Tmolus, Tmarus, &c.

Item S cum mutis C P & T, ut Scutum, Sputum, Stratum. & in Grecis etiam cum B, ut ὁ βείρων, ὁ βεγός. &c. Græci uero etiam duas Semiuocales connectunt, sed diuersas tamen: ut Mnestheus, Mnemō, Smyrna, Smaragdus. Et duas mutas diuersas:

Prif. li.2. A
busiue etiā
singularū
uocaliū so
nos, syllab
as nomi
namus,

fas ut, Ctesiphō, Pterelas, Bdellium, &c. Ad quod Lib. i. in si- exemplum Priscianus & medias in Omnis, An- ne, Aptus, Actus, & similibus simplicibus conne- ctit. Nā quæ composita sunt, in ijs consonantes suæ quæq; parti tribuuntur: ut in Obruo, Abrado, Ab- latus, &c. Sed hanc rem præce ptoribus cōmitto.

Accidunt autem syllabæ duo potissimum, quan- titas & tonus, siue accentus.

Quantitas est, qua syllaba alia longa, alia bre- uis, alia communiter breuis & longa censetur.

Longa, ut Mos, ros, dos. Breuis, ut Per, in, ob. Cōmuniſ, ut prime in Atlas, patres, cignus, & simili- bus. hæ enim corripiuntur alibi, alibi producūtur.

Tonus, pronunciandi ratio est, qua syllaba a- lia efferendo attollitur, alia deprimitur.

Huius tres sunt species: Acutus Grauis, & Circumflexus.

Acutus tonus est, quo syllaba pronunciando at- tollitur: ut prima in Dominus, optimus, &c.

Grauis est, quo syllaba grauiter, hoc est absq; aliqua uocis elevatione profertur: ut in ijsdem no- minibus media & ultimæ. Acciditq; hic tonus om- nibus syllabis quæ nō acciuntur, aut circūflectūtur.

Circumflexus autem is tonus à ueteribus di- etus fuit, quo syllaba cum mora nonnulla ac tra- etim efferretur. estq; hic ex acuto & graui com- positus: quare & syllabæ, quæ ex contractione dua-

rum

rum in unā coiſſent, hoc tono ut plurimū efferebātur: ut Amarunt pro amauerunt, wœw̄ pro wœw̄. Huius uſus hodie in ſcribendo magis quām in pronunciādo reſtat. Neq; enim quisquam ferē nunc ita pronunciat, ut ullum diſcrimen inter acutum & eir cumflexum agnoscas. Nam ſiue ſerenus, ſiue ſacerdos dicat aliquis, eandem pronunciationem, eundemq; tonum utrobiq; audis: cum tamen alterum nomen medium natura circunflexam, alterū acutam modō habeat.

Ceterū quia abſq; ſyllabarum quantitate tonus cognosci recte non potest: quantitas autem uifior paulo, & maioriſ opera est, quām ut à pueris statim à principio, aut ante Etymologiæ traditionē percipi poſſit, de hac tota parte poſtremo loco in frā tractabimus, ubi & de uerſuū ac carminis ratio ne nonnihil trademus. Intempeſtiuum enim fuerit, atq; in eptū, hoc loco, et quaſi in uestibulo artis, puerum ijs rebus remorari uelle, de quibus etiā inter adultos & in arte prouectos, dubitari interdum uidemus. Et fruſtra in iudicandis tonis atq; temporibus uocum laborabūt, qui origines illarum & diſcrimina caſuum, nondum perceperunt.

D E † P A R T I B V S O R A - t i o n i s .

Expeditis igitur breuiter ijs que ad literarum ſyllabarumq; rationem pertinent, ad tertiam

[†]Pars orati onis nihil aliud est, niſi uox indi cans mentis conce ptū, id est, cogitatio nem. Prisc. lib. xi.

Grammaticæ partem deinceps ueniemus, quam Etymologiam uocari diximus, eo quod partium atque casum discrimina in dictionibus tradat. Hæc ad dictiones propriè pertinet, quas singulas à se mutuo discernit.

Prisc.lib.2. Dictionum species, seu differentiæ, quas ex partibus orationis Grammatici uocant, octo numerantur: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Præpositio, Coniunctio, et Interiectio. Hæc enim inter se iunctæ atque compositæ, omnem orationem absoluunt. De singulis igitur, ex eorum accidentibus, perinde ut unumquodque se habet, ordine agemus.

DE NOMINE.

Nomen, est pars orationis, quæ rem significat, non actionem: Hoc est, quæ significat id quo res aliqua appellatur, non illud quo agere vel pati aliquid dicitur, ut Homo, equus, animal.

Nomen duplex est, proprium et appellativum.

Priscianus li.2. Cum multi eodem nomine proprio nuncupantur, fortuitò & sola uoce, non etiam intellectu cōmuni alicuius substantiæ vel qualitatis hoc fieri solet. Et in proprio appellatiua intelligi possunt: in appellatiuis autem, propria non intelliguntur, nisi per excellentiam.

Proprium est, quod unius soli rei conuenit:

uenit: hoc est, quod in eadem specie uni tantum attribuitur: ut Iulius, Bucephalus, Roma, Remus, &c. Tametsi enim saepe contingat, ut eodem nomine plures appellantur: non tamen id fit secundum communem aliquam cæterorum similium notionem ac speciem, sed secundum propriam sui cuiusq; substantiam: ut cum Equum dicis, aut canem, secundum communem eius animalis notionem, quemlibet equum aut canem intelligis: at cum Bucephalum, aut Lælapem dici audis, non quemlibet, sed eum solum equum, qui Alexandri fuit: eumq; solum canem, qui Cephali fuit intelligis. Fuerūt autem, qui hoc solum Nomen uocarent: cætera quæ propria non essent, Vocabula et appellations dicentes.

Appellatiuum nomen dicitur, quod multis commune est: hoc est, quo communiter omnes eiusdem speciei res appellantur: ut Homo, equus, urbs, flumen. Huius aliud substantiuum, aliud adiectiuum.

Substantiuum est, cui non potest addi, Man, & weib, ding: hoc est, cuius significatio per se absq; altero addito, intelligitur: ut homo, equus.

Adiectiuum, cui addi potest, Man & weib, ding: hoc est, cuius significatio absq; altero aliquo intelliigi non potest: ut, Albus, niger, &cæt. Nihil enim certi intelligas, nisi substantiuum ali-

quod

Vt Scaurus
teste Dio-
mede lib. I.
& Palæ-
mō autore
Quint. lib.
I. ca. 6,

quod adiiciatur: quale fuerit, Albus parvus, niger capillus. Hinc enim ex nominum ratio est. nam ab adiacendo alterum, hoc est, quia adiacet et inhaeret subiecto alicui, dictum est: alterum a subsistendo, quod per se subsistens aliquid significet.

Priscianus li.2. Adiectiuū ideo uocatur, quod appellatiuis, quæ substantiam significant, uel etiā proprijs adjici soleat.

Nomini accidunt, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus et Declinatio.

DE COMPARATIONE.

Comparantur nomina, quorum significatio augeri minui uero potest.

Gradus comparationis sunt, Positiuus, comparatiuus, et superlatiuus.

Positiuus, prima uox adiectivi est: ut, Bonus, albus, candidus.

Val.li.1.
ca.12. *Cōparatiuus, quo alterum alteri cōparando præfertur: hoc est, qui supra positiui significationem magis significat: ut, Doctior, magis doctus: tenerior, magis tener. Quanquam interim et minuendi uim habet: ut cum tristior pro eo dicitur, quod est subtristis, siue minus tristis.*

Virgil.i.
Aencid. *Huius terminationes sunt, masculina et fœmina, O R: neutra, V S. ut, hic et hæc doctior, et hoc doctius.*

Super-

Superlatiuus est, quo unum ali-
quid multis, aut etiam omnibus sui generis præfer-
tur: hoc est, qui supra positui significationem, ual-
de, siue maximè significat. ut, Doctissimus, id est,
ualde, siue maximè doctus: tenerrimus, ualde, siue
maximè tener.

Huius terminationes multæ sunt: sed in quas re-
gulariter definit, due, Rimus & simus. Rimus, ut
hic tenerrimus, hæc ma, hoc mum: Simus, ut hic do-
ctissimus, hæc doctissima, hoc doctissimum.

DE FORMATIONE comparatiui.

REGULA.

Comparatiuus fit regulariter à po-
sitiui casu in I, adiecta syllaba OR. hoc est, si po-
sitiuus fuerit secundæ declinationis, à genituo: si
tertiæ, à datiuo. ut,

Amicus	ci	Amicior.
Pudicus	ci	Pudicior.
Spurcus	ci	Spurcior.
Solicitus	ci	Solicitior. Non autē Amicitior, pudicitior, aut spurcitor, ut qui- dam inde si contrarationē & usum veterū pro- nunciant. Sic &
Fortis	tis	fortior.
Saluber	bri	salubrior.

b Fælix

Fœlix	cis	ci	fœlicior.
Prudens	tis	ti	prudentior, &c.

EXCEPTIO.

Quæ uocalem habent ante us, uel is, eorū comparatiui describuntur, adiecta ad posituum uoce
Magis: ut,

Ne fiat hiatus intolerabilis, tribus uocalibus per tres syllabas continuè positis, nulla consonante media. Prisci.lib.3.

Pius Magis pius.

Idoneus Magis idoneus.

Strenuus Magis strenuus.

Inuenias tamen usurpari Tenuior, à tenuis: ut

Act.3. Et strenuor, à strenuus. Plautus in Epidico:

Scen.4. Nam strenuori deterior si prædicat

Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.

Cicero ad Acti.lib.3. Mea spes etiam tenuior semper fuit quàm tuæ literæ. Et lib.2. Off. Neque tenuiores propter imbecillitatē circumueniātur.

DE FORMATIONE
Superlatiui.

REGVLA I.

Quæ R finiunt, superlatiuos faciunt adiecta rimus.

Pulcer, pulcerrimus. Niger, nigerrimus.

Ater, aterrimus. Teter, teterrimus.

Quam formam et illa sequuntur, quæ positu-

nos

GRAMMATICA.

19

uos masculinos bifariam, uidelicet ER & IS, finiunt: ut,

Hic acer, & acris	acerrimus.
Hic alacer, & alacris	alacerrimus.
Hic celeber, & celebris	celeberrimus.
Hic saluber, & salubris & similia.	saluberrimus,

REGULA II.

Quæ aliter quam R finiunt, superlatium faciunt adiectas, & simus, ad positivi casum I desinentem: ut,

Doctus,	docti	doctissimus.
Candidus, di	candidi	candidissimus.
Fœlix, cis, ci	fœlici	fœlicissimus.
Prudens, tis, ti	prudenti	prudentissimus.

EXCEPTIO.

Excipiuntur ab hac regula, quorum superlativi in Limus desinunt.

Vt	Facilis	facilimus.
	Agilis	agilimus.
	Gracilis	gracilimus.
	Humilis	humilimus.
	Similis	similimus Sic &

composita, Difficilis, difficilimus: dissimilis, dissimilimus, &c. Poetæ autem geminant L. ut iuuenialis:

Satyra 6.
Videlicet,
uxor for-
mosa, de-
cens, diues,
fœcunda.

Rara avis in terris, nigroq; simillima cygno.

Atq; hæ regulares comparationis formæ sunt:

IRREGULARIS COM- paratio.

Sunt autem & Anomala quædam, hoc est, quæ
comparatiuos & superlatiuos suos contra alio-
rum formam ac regulam faciunt: uidelicet,

Bonus	Melior	Optimus.
Malus	Peior	Pessimus.
Magnus	Maior	Maximus.
Paruus	Minor	Minimus.

Paruissimus hodie non dicitur, quamuis uete-
res non semel usi sint. Vegetius, paruissimos fi-
nes: Boctius in prologo musicæ, Paruissimas mu-
tationes: Lucretius, paruissima corpora dixit.

Multus	Plurimus.
Multa	Plurima.

Multum plus Plurimum. A quo
tamen plurali numero Comparatiuus masculini
ac fœminini generis usurpatur, Plures.

Item hæc, Dexter dexterior dexterrimus &
dextimus, ut apud Salustiū in Iugurtha: Sylla cum
equitatu apud dextimos, in finistra parte Manlius
curabat.

Sinister sinistrior sinisterrimus.

Lib. 3. & Sinistimus, ut quidem Prisciano placet.

Vetus veterior veterrimus. Nam
antiqui

antiqui f etiam Veter nominatio casu dixerunt. Ennius a-
Potior Potissimus, à Potis quod απτωτον &
indeclinabile est. pud Prisci.
li.3. Cū ue-
ter erubuit
Priamus
sub Marte
Pelasgo.

Deterior Deterimus, absq; positiuo.

Et que cum uerbis Dico, uolo & facio compo-
nuntur, quæ sic comparantur:

Maledicus, Maledicentior, Maledicentissimus.

Beneuolus, Benevolentior, Benevolentissimus.

Magnificus, Magnificentior, Magnificentissimus.

Terentius tamen à Mirificus, Mirificissimum
dixit in * Phormione. Cuiusmodi & alia quædā
apud uetusissimos leguntur.

Cato beneficissimus, Anius magnificissimus
dixit, teste Prisciano lib.3.

Venient autem & gradus à præpositionibus, ut

Extra Exterior Extimus, &

Extremus, quod usitatus est.

Intra Interior Intimus

Vlti a Vlterior Vltimus.

Citra Citerior Citimus.

Supra Superior Supremus & Sum-

Infra Inferior Infimus. (mus.

Post Posterior Postremus.

Gel.li.15.ca.12. Gracchum postremissimum di-
xisse ait. Apuleius: Nullum animal in terra po-
stremius homine.

Prope Propior proximus.

Prisci.lib.3 Proximus quādo pro cognato acci-

b 3 pitur,

pitur, positiui significationem habet, ideoq; à legi-
slatoribus etiam comparatiuè profertur. ut VI
pianus lib. 25. Si quis proximior nasceretur.

Ante anterior absq; superlat.

Item à Pridem, prior & primus, facit Priscianus. & à Nuper, fit nuperimus.

Nuperū hominē dixit Plaut. in Cap. Act. 3. sce. 5.

Ocyor autem, & Ocyssimus, à Greco ἀνὴρ, ori-
ginem suam habent. Quemadmodum & Ipsissi-
mus, quod ex Græco ἀντότατος trala. um est.

Cæterū in comparando ubiq; obseruabis, quid
probet usus, & eruditoreū autoritas. Nō enim om-
nia ea, quorū significatio augeri, in nūi ue potest,
comparātur: nō quia ueret ratio, sed quia usus cō-
parationem eorū non probauit. ut sunt, Almus, ca-
nus, crispus, &c. & quæ Bundus finiunt: ut, Siti-
bun adus, moribundus, pudibundus, & similia.

Val. lib. I.
cap. 9.

F ciunt autem hoc loco mentionem etiam Mo-
tionis Grammatici. Ac moueri quidem nomina di-
cuntur, quæ ab eodem themate cadentia, diuersis
generibus diueras terminationes habent: ut om-
nia adiectiva, que R, IS, aut AS finiunt. Mouen-
tur enim uel tribus terminationibus: ut,

Hic Sacer hæc sacra hoc sacrum.

Hic satur hæc saturæ hoc saturum.

Hic doctus hæc docta hoc doctum.

Vel duabus: ut,

Hic & hæc dulcis & hoc dulce,

Hic

Hic & hæc Arpinas & hoc Arpinate.

Vel etiam utroq; modo: ut,

Hic Exanimus, hæc ma, hoc mum: &, Hic & hæc
Exanimis, & hoc exanime.

Hic Effrenus, hæc na, hoc num. &

Hic & hæc Effrenis, & hoc effrene. Item,

Hic acer, hæc acris, hoc acre. &,

Hic & hæc Acris, & hoc acre.

Hic paluster, hæc palustris, & hoc palustre. &

Hic & hæc palustris, & hoc palustre. Cuius
generis sunt & Alacer, celeber, uolucer, saluber,
campester, syluester, equester, pedester, &c.

Mouentur autem & substantia quædam, sed
duobus tantum generibus: ut,

Hic Lopus hæclupa.

Hic dominus hæc domina.

Hic gallus hæc gallina.

Hic rex hæc regina.

Hic leno hæc lena.

Hic leo hæc leæna, &c.

Sed hæc & similia usus docebit.

DE GENERE.

Genera nominum sunt,

Masculinum Hic

Fœmininum cuius nota est Hæc

Neutrum articulus Hoc

Commune Hic & hæc.

Omne

Hic, hec & hoc.

Eπινοιον, seu promiscuum, cum uno articulo duo genera complectimur: ut, Hic passer, haec aquila. Dubium, cum autores uariauerunt de uocis aliquius genere: ut hic Dies, uel haec Dies.

Id est, communes, qui bus ex significatio ne nomi nis genus cognosci tur.

REGVLAE GE nerales †.

Virorum, officiorum virilium, mensium, uentorum & fluuiorum nomina sunt generis masculini.

Virorum: ut,

Hic Virgilius Hic Carclus.

Officiorum virilium: ut,

Hic Consul Prætor Quæstor.

Mensium: ut,

Hic Ianuarius: der Ienner, à Iano, cui erant rerum principia dicata.

Februarius, der Hornung, à februis, id est sacrificijs mortuorum.

Martius, à Marte, der Mertz.

Aprilis, der April, quod aperiat terram.

Maius, der May, à Maia, Mercurij matre. Tum enim Pleiades prodeunt.

Junius, der Brachmonat, à Iunone.

Iulius, der Hewmonat, à Julio Cæsare, antea

Quintilis dictus, quod quintus esset à Martio, qui

*qui quondam fuit anni initium, more Aegypti
orum, qui à uere inchoant annum.*

Augustus, der Augustmonat, ab Augusto Cæsare,
quondam Sextilis idem dictus.

September, der Herbstmonat, quasi septimus im-
ber, id est, tempestas. Est enim septimus men-
sis à Martio.

October, Octauus imber, der Weinmonat.

Nouember, Nouus imber, der Wintermonat.

December, Decimus imber, der Christmonat.

Ouid 1.

Fast. Mar-
tis erat pri-
mus mēsis,
Venerisq;
secundus.

Ventorum:ut,

Eurus	qui	ab ortu,	Ost	Gel.lib.2.
Zephyrus		ab occasu,	West	cap.22.
Auster		à meridie,	Sud	wind.
Aquilo		à septētriōe,	Nort	

Fluuiorum:ut,

Rhenus, der Rein. Albis, die Elb.

Danubius, qui ex Ister, die Thona, ex c.

In quibusdam tamen usus uariat. Sic legitur,
Albula pota Deo, apud Ouidium. Et Dia Mosel-
la, apud Ausonium. Et Tepidum Iader, apud Lu-
canum lib. 4 quod alij figuratè dictum uolūt, pro
tepidum flumen Iader.

Notantur item, Allia, Styx ex Letho, que ipsa
quoq; fœminino genere usurpantur.

Lucan. Et damnata diu Romanis Allia fastis. Lib. 7.

lib.4. Fast.

In Eidyl-
lijs.

Mulierum, muliebriū officiorum,
urbium & arborum nomina, sunt ge-
neris foemini.

Mulierum: ut,

<i>Lucretia</i>	<i>Carmenta</i>	<i>Sibylla.</i>
-----------------	-----------------	-----------------

<i>Officiorum muliebrium: ut,</i>		
-----------------------------------	--	--

<i>Obstetrix</i>	<i>Nutrix</i>	<i>Mater.</i>
------------------	---------------	---------------

<i>Vrbium: ut,</i>		
--------------------	--	--

<i>Roma</i>	<i>Noriberga</i>	<i>Athenæ.</i>
-------------	------------------	----------------

<i>Arborum: ut,</i>		
---------------------	--	--

<i>Pirus</i>	<i>Prunus</i>	<i>Quercus.</i>
--------------	---------------	-----------------

EXCEPTIO.

Excipiuntur primò urbium nomina, VR uel
VM finientia, quæ generis neutri sunt: ut, hoc Co-
mum, Tybur.

Et quæ in I desinunt, pluralia masculina: ut, hi
Gabij, Philippi.

Quanquam & alia diuersis generibus usurpa-
ta reperias: ut, hic Sulmo, apud Ouidium. Hic Epi-
daurus, hic Camirus apud Homerum, & similia.
Sed hæc usus docebit.

4. Tristi. e-
le. 9. Sul-
mo mihi
patria est
gelidis u-
berrimus
undis,
2. Geor. et c. Et quæ uulgo annumerantur, Rubus &
dumus:

dumus: qui tamen frutices rectius, quam arbores
proto appellantur.

Seruius autem in 4. Georg. Et spinus, inquit,
prunorum arbor uocatur, genere masculino: sed
tamen exemplum non addit.

Robur autem, et suber, et siler, neutra sunt.
Virgilius 2. Geor. Ut molle siler, lentæque genistæ.

Degenerant et in genus fœmininum, narrat
Orvætor, fabularū nomina, tametsi alioqui masculi
fuerint. ut apud Terentium, in Eunuchū suam. In prolo-
Hic enim Eunuchus fabulā significat, nō personā. Eunuchi.

REGULA III.

Fructuum nomina pleraque gene-
ris neutri sunt: ut, Pomum, Pirum, Prunū, Cicer,
Papauer, Piper, etc.

Excipiuntur uulgò, Oliua, Nux, Glæs, et quæ
ad hæc referuntur: ut sunt, Castanea, Auellana, etc.
quæ ex terminatioue sua fœminina sunt.

Ficus, pro fructu et pro arbore, genere fœmi-
nino frequentius usurpant autores, quam consue-
tudinem et nos sequamur. Nam pro fructu, Ficus
masculino genere, apud eos qui diligentius locuti
sunt, rariissime inuenitur.

Vt neque plurale Grossi, cum de ficsis intelligitur.
Plin. lib. 23. cap. 7. Crudæ grossi uerrucas, nitro fa-
rinaque additis, tollunt. Et rursum, Grossi illite stru-

mas ex omnem collectionem emollunt. Sunt autem Lib. 3. Sa- tem Grossi, ut Macrovius ait, ficus quæ non matu- tur. ca. 20. rescunt. At uero cum de Morbo dicitur ficus, ma- Vide Vallâ sculino generere rectè dici, & Valla ex Priscianus lib. 1. ca. 4. probant. Cetera, si qua à regula uariant, sub sua Priscianu unumquodq; terminatione reperies.

lib. 6. Quando dictio su- que τεχνιῶς, seu ut uulgi uocat, materialiter ef- mitur pro feruntur: ut cum dico, Cæsar disyllabum est. Græ- se ipsa, non cī addunt articulū τὸ, ut, ἥ ἀλφα πρῶτον ἐγίγει- pro suo si- χείων, hoc est, Alpha primum est elementorum. gnificato.

Oui. in E- pistola La- oda. Vix il- lud potui dicere tri- ste uale. REGVL A III.

Quæ uiris ac mulieribus pariter cōueniunt, communis generis sunt.

Vt,

Hic ex hæc Homo. Hic ex hæc Pincernia.

Sic ex gentilia quædam: ut, hic ex hæc Arabs, Arcas, &c.

REGVL A. V.

Numeralia nomina, à quatuor ad centum, & generis omnis, & indeclinabilia sunt: ut,

Priscianus in fine li- bri de Pon- deribus & mensuris. Val. lib. 3. cap. 5. Quatuor, Quinq; Sex, Septē, Octo, Nouem, Decē, Viginti, Triginta, Quadragesima, Quinqua- ginta, Sexaginta, Septuaginta, Octoginta, Nona, Centum. Cetera quæ declinabilia sunt, ua- riantur per genera, mutatis terminationibus: ut, Hic

Hic	Vnus,
hec	Vna,
hoc	Vnum,
Hi	Duo,
he	Duæ,
hec	Duo.
hic & he	Tres,
hec	Tria.

Sic & à Centum composita. ut,

Ducenti, tæ, ta Trecenti, tæ, ta. Quadringēti, tæ,
ta. Quingenti, tæ, ta. Sexcēti, tæ, ta. Septingenti,
tæ, ta. Octingenti, tæ, ta. Nongenti, tæ, ta.

Mille, bifariā usurpat Latini, alias adiectiuē, Valla li. 3.
alias substantiuē. ca. 4. Gel.

Adiectiuū Mille, indeclinabile est, plurale li. L. ca. 16.
tantū, generis omnis: ut, Mille homines, Mille ho- Lina. li. 3.
minum, Mille hominibus, &c.

Substantiuū Mille singulari quidem numero
indeclinabile est, & generis neutri: ut, Mille pas-
suū percurri, Mille hominum cæcī lit. Plurali au-
tē sic declinatur, Millia, Millium (quā raro)
Millibus, Millia, &c. ut, Duo millia equitū habuit Quidā uni
in exercitu Carolus: hoc est, bis mille equites. co l. scribi
uolunt.

Sunt & trium generum adiectiuā
pleracq; omnia: sed eorum, alia una, a-
lia durabus, alia tribus terminationi-
bus continentur: ut,

Hic

Hic Albus hæc alba hoc album.

Alia duabus:ut,

Hic & hæc fortis & hoc forte.

Alia una tantum:ut,

Hic & hæc & hoc fœlix, sapiens, &c.

REGULA VI.

Commune Volucrum nomina una terminatio
duobus articulis se- ne duo genera complectētia, dicuntur è inova, id
xus facile discernit. est promiscui generis, quod una uoce unoq; articulo
Hoc uero una uoce duo genera promiscue, & sine discrimine se-
& uno articulo utrius que natu- xus efférantur:ut,

Hic pauo	hæc pica
hic passer	hæc aquila
hic corvus	hæc alauda
hic picus	hæc cornix
hic regulus	hæc coturnix, &c.

Explicationem genuinam uolucrū & piscium
pete ex libello Pauli Eberi & Peuceri.

Articulum terminatio indicabit. nam A ferè
fœminina terminatio est, ES & VS masculina.

Sub hoc autem genus referri posse uidentur &
piscium nomina:ut,

Hic cancer	hæc platea
hic lucius	hæc anguilla
hic rhombus	hæc mustela, &c.

Item aliorum animantium, quorum sexus di-
sceretis uocibus non efféruntur:ut,

Hic

Hic gurgulio	hæc rana
hic bombyx	hæc lacerta
hic bufo	hæc uipera, &c.

Nam et hæc sub uno articulo utrumq; genus significant. Sed hæc Grammaticis disceptandare relinquemus.

At quorum discretæ terminationes sunt, quæq; utroq; genere dicuntur, sub hanc regulam non cœidunt:

hic gallus	hæc gallina:
hic columbus	hæc columba.

Item hic bubo, et hæc bubo. utroq; enim gene re usurpatur hoc. Ouidius: Ignauus bubo, dirum 5.li. Met. mortalibus omen. Virgil. Solaq; culminibus ferali 4.li. Acne. carmine bubo.

Quo pacto etiam hic dama, et hæc dama inuenias: hic talpa, et hæc talpa: hic lynx, et hæc lynx.

Grus autem, quod quidam his adiiciunt, fœminino genere usitatius dicitur: ut apud Virgiliū, Strymoniæq; grues, &c. Et Plinius: + Excubias 1.G.eor habent nocturnis temporibus, lap.lum pede susti Strymo nentes, qui lassatis somno decidens, diligentiam niædant si sono coarguat: cæteræ dormiunt, capite subter a gna grues. lam condito, &c. tlib.10. ca.23.

REGULA VII.

Dubij generis sunt, quæ in eadem significatione ab

PHILIP. MEL.
ab auctoritate usum alio atque alio genere usurpata inueniuntur: ut,

Hic	Dies, Finis Aluus Adeps Margo Silex Pumex Calx.	et	hæc Dies hæc Finis hæc Aluus hæc Adeps hæc Margo hæc Silex hæc Pumex hæc Calx.
-----	--	----	---

Satyræ 3. Rigidos calcæ, dixit Persius. Ferrata calce, Li. II. Aen. Virgilius. Priscianus, & Nonius Marcellus pluri-
ma huius generis recensent. Verum est in his se-
quenda consuetudo receptissimorum autorum.

Frontem masculino genere dixit Cæcius: id
nunc eruditii nulli imitantur.

Gel. lib. 15. cap. 5. Nam iij sunt inimici pessimi,
fronte hilari, corde tristi.

Sic Cardinem, fœminino genere dixit Gracchus.

In Atalanta: O` grata cardo, regium egressum
indicans. Priscianus lib. 6.

I. Aeneid. At nos Virgiliū potius sequamur, apud quem
legitur, Haud tanto cessabit cardine rerum. Atque
ita de reliquis iudicandum.

. SE Q V V N T V R R E G V-
læ speciales.

A.

In A desinentia, fœminina sunt: ut,
Hæc

Hec Musa, hæc fabula, hæc procella.

EXCEPTIO.

I. Inta, uerbalia & gentilia, quæ græcè in tñs desinunt, pleraq; masculina sunt: Hic cometa, hic Poeta, hic planeta, hic propheta.

Item, hic Spartiata, hie Crotoniata, hic Sibarita, hic Amphipolita. nam horum feminina in tis exeunt: ut, hæc Spartiatis, hæc Sibaritis.

Masculinum est Hadria, apud Lucanum, pro sinu maris (nā pro oppido †, femininū genus retinet) ut, Sonat Ionio uagus Hadria pōto, &c. li. 5.

Ad Ferrariam sito.

II. Verbalia græca in ma, tertiae declinationis, neutra sunt: ut, Hoc Poema, hoc noema, hoc drama, hoc schema. Vetustissimi tamen etiam, hæc schema, huius schemæ dixerūt: ut, Cum seruili schema, Plautus.

Sunt & neutra, pluralia in a omnia: ut, hæc arma, bactra, crepundia.

Dama & talpa utroq; genere usurpatur. Vir. Cum canibus timidi uenient ad poculæ damae.

Ecloga 8,

Horat. Et superiecto pauidæ natarunt, Aequore damae. Item i. Geor.

Lib. i.

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Carm.

Et Plin. lib. 30. cap. 3. Dente talpæ uiuæ exemplo, sanari dentium dolores affirmant.

Od. 2.

Polenta & neutro & feminino genere usurpari uolunt. Neutro, ut s. Metamor.

Dulce dedit, testa quod coxerat antè, polenta.

Raphael Regius, & Despauterius, hūc uersum sic exponunt: Anus dedit sitibūdæ Cereri dulce, id est dulcem potum, quod coxerat antè polenta, id est, hordeo, uel hordeacea farina.

*Fœminina apud eundē poetā, ut in eodem libro:
Cum liquido mixta perfudit diua polenta.*

A.1.1.1.1. Et apud Plautū in Afinaria: *Vbi flent nequam
homines, qui polentam pransitant, &c. Sed fœmi-
nino rectius utēris.*

*Incola, homicida, uerna, indigena, & similia,
que ad uiros pariter & mulieres pertinet, ex ge-
neralibus regulis communia esse consiat. Dixi-
runt tamen ueteres etiam indigenus, à, um: alieni-
genus, a, um, &c. Sic alienigena exempla & stu-*

3. Aeneid. *dixit † Valerius. Caprigenum pccus, Virg.*

Veteres etiā his in neutro genere usi sunt. Plinius lib. 14. cap. 6. De indigeno uino. Gel. lib. 2.
ca. 24. Neq; uino alienigeno neq; patrio usuros.

† Lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 1. Idem lib. 4. cap. 6.
Alienigeni amores.

E.

*In e neutra sunt: ut, hoc mare, cubi-
le, monile, &c.*

*Greca in e fœminina sunt: ut, hæc parasceue,
hæc epitome, hæc Psyche.*

*Quædā etiā neutra, sed pluralia: ut, hæc tēpe, ce-
te, & similia. Est enim nýth à nýtos, ut τοίχη à τεῖ-
χος.*

Clau-

Claudian.in 3.Paneg.in laudes Still.Cunctaq;
prosiliunt cete.

Pluralia in æ, ut nugæ, tenebræ, & similia, per
se nota sunt.

I

In i, neutra sunt: ut, hoc gummi, si,
napi, quod tamen & sinapis nominatio casu dici
tur, genere fœminino. Columella in Horto:
Seq; lacescenti fletum factura sinapis.

Lib.10.de
Cultu hor

Quemadmodum & gummis, apud eundem
Columell.lib.12.cap.50.Satius est noua dolia gū
mi liquida perluere.

torum.

Hi obliqui, frugi, nauci, nihili, omniū generū
nominibus apponuntur: ut, frugi uir, qui datiuus
est à frux: nauci homo, nihili bestia. Mancipi, geni
tiuus est nominis mācipium, pro mācipij, per con
tractionem dictus: duo enim ij coeunt in unum. Et
dicitur res mancipi: quasi dicas, res dominij. signi
ficiat enim rem propriam, & iure mancipatam.
Ideo Lucretius eleganter dixit:

Lib.3.

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu.

Significat enim, uitam non esse propriè no
stram, aut in potestate nostra.

O

In o, masculina sunt: ut, hic sermo,
ardelio, mucro, &c.

EXCEPTIO.

c a

L Quæ

W L

I. Quæ do, uel go finiunt, hyperdis syllaba, penultima longa, fœminina sum: ut, hæc alcedo, arundo, testudo: hæc imago, ærugo, uerti-
go. Quibus adde & uirgo, quod quidam commu-
ne faciunt, nullo tamen ueterum exemplo.

Cupido utroq; genere dicitur: masculino, cum proprium est, idem quod Græcis εγως: fœminino, cū pro cupiditate ponitur. tametsi Horatius etiā in hac significatione masculino genere usus uideatur: ut, At bona pars hominum decepta cupidine Lib. i. Ser-
mo. satyr. i falso:

Cætera in do & go desinētia, masculina sunt:
ut, hic ordo, cardo, ligo, mango, &c.

Liuuius li. 7. Præter pondo, quod neutrum est, & tam singu-

Dec. 3. laris quam pluralis numeri indeclinabile. Falluntur enim, qui singularibus accommodari posse negant. nam & * coronam pondo auri, & † libram pondo, dixit Liuius. Significat autē propriè pondo, assem, seu libram. unde dupondius est, id est, duorum assium. Sed tamen & pro pondere simpliciter usurpatur, cum uocabulum libra additur.

Lib. 3. dec. Sic enim Liuius ait: Libra pondo auri.

i. Coronā * Lib. 6. dec. 4. Centum pondo coronā auream auream Di posuerunt. † & lib. 6. Dec. 3. Argenti libras pondo etatori li- habere possint.

br̄e pondo Et margo, quod inter dubia refertur:
decreuerit. Vnedo, arboris nomen, quæ alio nomine arbu-
tus dicitur, ad regulam generalem pertinet.

II. Fœminina sunt & uerbalia in iō:
ut, hæc legio, regio, natio, statio, religio, ambitio,
concio, factio, &c. Quibus similia sunt ex talio, Liuius li. 7.
& caro: pro quo uetustissimos etiam carnis, nomi dec. 4. Car
natiuo casu dixisse legimus.

Sed hic diligenter obseruare pueri debet, quæ
huius formæ à uerbis ueniant, & quæ secus. Nam ri
scipio, titio, & unio pro margarita, & similia, fœ data non
minina non sunt, sed masculina. Neq; enim uerba- fuerat.
lia sunt, sed uel primitua, uel aliunde facta.

† Nam pro concordia apud neotericos fœmi-
ninum est, & uerbale. Augustinus: Nam hoc fieri
posse in tanta animorum unione quis dubitet?

Homo, nemo, & latro, communia sunt, & ad
regulam generalem pertinent: quemadmodum &
cetera, quorū significatio tam mulieribus, quam
uiris accommodari potest.

Et bubo, quod ipsum quoq; duobus generibus
usurpat, suprà inter epicœna dictum est.

Ambo & duo, pluralia tantum, masculino &
neutro genere dicuntur: fœminino, ambæ, duæ.

III. Sunt & fœminina græca in olō-
gum: ut, hæc Echo, hæc Argo, nauis Iasonis, & si-
milia.

V & Y.

In u, neutra sunt: ut, † hoc cornu, hoc
genu, hoc ueru.

C S † V &

† Veteres in masculino genere protulerūt. *La-*
canus lib. 7. Cornus tibi cura sinistri.

Similiter neutra sunt, quæ my græcū exēunt;
ut, hoc moly.

C.

In c, neutra sunt: ut, hoc lac, hoc ha-
lec. Sed tamen halecem etiam fœminino genere di-
xit Martialis: ut,
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Halecem, sed quam protinus ipsa uoret.

Cato de re Rust. cap. 58. Vbi oleæ comes e-
runt, halecem & acetum dato.

Lactes autem plurale, fœmininum est, à nomi-
natiuo lactis, & diuersæ significationis. Significat
enim lactes in homine et oue, ut Plin. ait, per quas
^{37.} *cibus labitur, in cæteris ile. Hinc Plautus in Cur-*
A&t. 2. sce. 3 cul. Ita cibi uacuitate uenio laxis lactibus. Priscia-
Lib. 6. nus græcè γαλακτίσθιος uocari ait.

D.

In d, neutra sunt: ut, hoc aliud, hoc
aliquid, &c. Propria, ut † Bogud, ad regulam ge-
neralem pertinent.

† Mauritaniae rex. Cic. lib. 10. Epist. 32. ep. Traie-
 cit in regnum Bogudis.

A L.

In al, neutra sunt: ut, hoc tribunal,
la Parad. hoc uectigal. Cic. Non intelligunt homines, quæ
magnum sit uectigal parsimonia.

Sal

Sal neutro genere uulgo usurpatur, ueteres ma-
sculino maluerunt.

Plinius lib.31. cap.7. Omnis est alius sal minu-
tus. Cato de Re rust. cap. 88. Salē candidū sic faci-
to. Macro. 7. Satur. cap.12. Id fieri, sal admistus cor-
pori prohibet. Est enim natura siccus & calidus.

Propria, ut Annibal, Asdrubal, ad regulam ge-
neralem pertinent.

E L.

In el, neutra sunt: ut, hoc mel, hoc
sel. Michael, Daniel, & similia peregrina, ex ge-
neralibus nota sunt.

I L.

In il, neutra sunt: ut, hoc nihil.

Masculina sunt, mugil, piscis nomen, & Pugil. Dicitur e:

Strigil, quod haud scio an strigilis nominatio
casu rectius dicitur, fœmininum est. Horatius: Fur
tiua mutat strigili.

tiam mugi-
lis.
Lib.2. Ser.
sat.7.

Cicero lib.2. de Finib. Si ad illam strigilis acce-
dat. Lucilius præfractam strigilem dixit, teste
Gellio lib.3 cap.14.

Vigil commune est, ut & cōpositum eius per-
nigil.

O L.

In ol, unum est latinum, & mascu-
linum, hic sol.

V L.

In ul, masculinum est, consul.

Exul commune est.

Lib. 5. de Generib. *Priscianus & præsul commune facit: sed ut nunc usurpat, masculinum tantum est.*

A M.

Gell. lib. 7. cap. II. Ex ne & quic- quam me- dia extrita syllaba, cō positiū est nequam. *In am, unum est, nequam: quod ad iectium, & generis omnis est.*

E M.

*Tantundem, neutrum.
Totidem, omnis generis, & plurale est.*

V M.

Vm finientia neutra sunt: ut, hoc locum, speculum.

Mulierum nomina, ut † Glycerium, Erotium, &c. ad regulam generalem pertinent.

† *Prisc. lib. 5. de Generib. Inueniuntur apud Comicos fœminarum quoque propria, quæ in hanc terminationem, diminutionis siue adulatio- natoriæ causa proferuntur.*

A N.

In an, masculina sunt, & græca: ut, hic Pæan, Titan.

E N.

In en, neutra sunt: ut, hoc flumen, lumen, examen, &c.

Excipiuntur hæc masculina, ren, splen, lien.

Ode 2. *Item, Hymen, lichen, & attagen, quæ omnia elongum habent. Horat. in Epod. Nec attagē Ionicus.*

Anis

Auis nomen est.

Ein bickhá

Et quod in en breue desinit latinum, pecten.

Plautus in Capt. Sed utrum, strictim ne attonsum
rum dicam, an per pectinem, nescio, &c.

† Flamen, sacerdotis nomen, ex generalibus no-
tum est: quemadmodum & Syren fœmininum, &
Træzen, urbis nomen.

† Pro flatu uel spiritu, neutrum est. Cic. lib. I.
de Nat. deor. Quem summa ab regione aquilo-
nis flamina pulsant.

Sunt & masculina, à cano composita: ut, fidi-
cen, cornicen, † tibicen. quorum fœminina in a ex-
eunt: ut, fidicina, tibicina, &c.

I N.

In in, masculina sunt: ut, hic delphin,
Urbium autem propria, ut Salamin, Trachin, ad
regulam generalem pertinent.

O N.

In on, græca sunt omnia, quare &
genera illorum ex suis autoribus petenda. Sunt ta-
men pleraq; masculina, quæ ad tertiam declinati-
onem pertinent: ut, hic canon, dæmon, Helicon, Ci-
thæron, Python serpentis nomen, & similia.

Exceptis sindon & icon, quæ inter fœminina
referuntur. Martialis lib. 4.

Nec sic in Tyria sindone tutus erit.

Plinius de Olympioniciis lib. 34. cap. 4. Eorum

† Media ló-
ga, propter
contractio-
nem.

Dicitur e-
tiam del-
phinus. Ci-
cero lib. I.
de Natura
deorum:

An tu del-
phinū ullā
anteferre
censes figu-
ram suæ.

uerò, qui ter ibi superauissent, imagines, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas uocant, &c. dicari mos erat, ein Conterfeyung.

Et quæ urbium propria sunt: ut, hæc Sidon, Anthedon, Babylon, & similia.

Illa uerò quæ on in um apud Latinos uertunt, neutri generis sunt: ut, hoc symbolum, idolum, symposium, plectrū, &c. quæ græcè, σύμβολον, εἴδωλον, συμπόσιον, πλῆντρον, dicuntur.

A.R.

In ar, neutra sunt: ut, hoc laquear, calcar, far, baccar, herbe nomen, quæ & baccaris fœminino genere dicitur. Plinius lib. 21. cap. 6. Sed & eorum error corrigendus est, qui baccar rusticum nardum appellauere.

Lar, masculinum est. Par, generis omnis. Propria per se nota sunt.

E.R.

[†]Plinio & Ouidio est neutri generis. Ouid.lib.1. Eleg. Vile acer. Plin. lib. 16. cap. 15. Acer capestre atq; montanū.

In er, masculina sunt: ut, hic agger, uestper, carcer.

Excipe primò hæc fœminina, linter, & [†]acer pro arbore, apud Priscianum. quamquam idē hoc etiam ex generalibus notum est: quemadmodum & mulier, & mater.

II. Quæ uer aut ber finiunt, neutra sunt: ut, hoc uer, cadauer, suber, * tuber, huber.

*Tuber, arboris nomen, fœmininum est: pro pomis

pomis illius arboris masculinum est.

Excepto imber, cum compositis, quod masculinum est. Et Mulciber, quod cognomentum Vulcani est, à mulcendo ferro dictum.

III. Neutra sunt, & iter, quod veteres itiner nominatio casu dixerunt:

Plautus in Mercat. act. 5. scen. 2. Quin tu ergo itiner exequi meum me finis?

Et spinter, quod fibulam significat. Plaut. in Act. 3. sce. 3 Menech. Iubeas spinter nouum reconcinnarier.

Et quæ fructus, aut alios terræ foetus significat: ut, hoc siler, laser, piper, cicer, papaver, et similia.

Cucumer tamen masculinū est, ut & tuber, priore breui, quādo plurali numero poma significat peregrina, quæ olim ex Africa in Italiā appor- tabantur, ut apud † Suetonium, & Martialem. Lib. 13. iiii

† In Domitiano: Oblatos tuberes seruari iussit Xenij. in crastinum.

Etiam à siser, quod ipsum alioqui neutrum est, Plinius tres siseres, pluraliter dixit, lib. 20. cap. 5.

Et lauer, quod herbæ genus est, idem fœminino posuit: ut lib. 25. cap. 8. Lauer quoq; nascens in riuis, condicta & cocta, torminibus medetur.

Priscianus autem: Vetustissimi, inquit, etiā hoc Lib. 5. de cancer, cum de morbo intelligeretur, protulerūt. Generib; Sed in hoc & similibus, posteriorum Latinorum usus obseruandus est.

Degener, pauper, & uber adiectiū sumptum, comum-

*ubi Iudeā
describit.
†Eclog. i.
*Lib. 5.
†In Vidula
ria: Paupe-
ra hæc res
est.

communia sunt. Ex quibus posteriora etiam cum
neutris iuncta leguntur: ut, Vber solum, apud Ta-
citum * lib. 21. & Pauperis tuguri, apud † Virgil.
Vetusissimi autem etiam, hic pauper, haec paupe-
rad dixerunt. Cuius rei exemplum * Priscianus ex
† Plauto citat.

I.R.

In ir, masculina sunt: ut, hic uir.
Triumuir officij nomē, & Treuir gentile, ex suis
regulis cognoscuntur.

Gadir, ciuitatis nomen, quæ alio nomine Tar-
Lib. 2. quē-
admodū ci-
tat Prisci.
lib. 5. Tar-
tessum Hi-
spaniæ ciui-
tatem, quā
nūc Tyrij
mutato no-
mine Gad-
dir habet.

tessus dicitur, Salustius neutro genere usurpauit.
Est & neutrum ir, quod θείαρ, hoc est, conca-
uitatem manus significat, teste Prisciano.

Y.R.

Martyr, quod ypsilon ante r habet, commune
est, & græcum.

O.R.

In or, masculina sunt: ut, hic amor,
honor, furor, &c.

Arbor fœmininum est: ut & socer, & uxor,
Macrob. 2. quæ ex regula generali cognoscuntur.

Saturn. Na-
tura, huius
fabricæ au-
tor & nu-
trix. Vide
Val. lib. 4.
cap. 32.

Neutra sunt, æquor, cor, marmor, & ador.

Autor, pro eo qui iubet, aut suadet, aut etiam
ipse aliquid facit, commune est. Ouid. 5. Fast.

Optima tu proprij nominis autor eris.

Sunt & cōmuni generis cōparatiui in or: ut,
hic &

hic et hæc doctior, melior, senior. Plin.lib.ii.cap.
10. de apibus loquens: Quarum adolescētores, in-
quit, ad opera exeunt, & supradicta conuehunt,
seniores intus operantur.

Cætera in or, adiectiua, regulas generales se-
quuntur: ut sunt, memor, immemor. Itē à corpus, bi-
corpor, tricorpor: à color, bicolor, discolor, uer-
ficolor: à decor ueteri adiectiuo, indecor. quæ ta-
met si masculinis ac fœmininis addita frequētius le-
guntur, inueniuntur tamē & cum neutrīs iuncta.

Virg.10.
Aen. Versi-
coloribus
armis.

Virg. Aen. 9.

Nulla dies unquam memori uos eximet æuo.

Eleg.2.

Et apud Ouid. 3. Amorum:
Et uolat admissis discolor agmen equis.

Sic & Salustius alibi dixit: Equis & armis de-
coloribus cultus. Sed & hic obseruandū est, quid
probet usus.

In 3. Histo-
citante
Prisc.li.6.

VR.

In ur, neutra sunt: ut, hoc ebur, sul-
phur, iecur.

Excipiuntur hæc masculina, + uultur, turtur,
furfur. Plautus etiam gutturem, masculino genere
dixit in Aulularia: ut,

Aet.2.sce.1

Etiam ne obturat inferiorem gutturem,

Ne quid animæ forte amittat dormiens

† Dicitur etiam uulturis, & uulturius. Liuius
lib.7.dec.3. Vulturium uolasse in ædem Iouis.

Epist.1.ad
Cæsarem.

Et apud Martialem lib.5. legitur,

Sive

Sive salutiferis candidus Anxur aquis.

Lib.1. Quod uel Ennij exēplo factum, qui, ut Festus
citat, Volsculus Anxur, alibi dixit. Vel per aēnono
πλὺ dictum est, ab Anxurus, quo nomine Iupiter
eodem loco cultus fuit. Nam idem nomen Hora-
tius neutro genere posuit, in Sermonibus: ut,
Lib.1. sat.5. Milia tum pransi tria repsimus, atq; subimus
Impositum saxis latè carentibus Anxur.

Est autem oppidum Anxur, quod Taracina po-
stea uocatum fuit.

Quæ ad regulas generales pertinent: ut, fur, au-
gur, Astur, cicur, satur, per se nota sunt.

A S.

In as fœminina sunt: ut, hæc boni-
tas, pietas, castitas, &c.

I. Excipiuntur primò hæc masculina, mas maris,
as aſſis, quod ueteres etiā nominatio casu aſſis di-
cebant: uas uadis, pro ſponsore. Et græca, tiaras.

7. Aeneid. Virg. Sacerq; tiaras. Boreas, uenti nomen. Ada-
Dicitur e- mas, telephas, gigas, & quæ alia per nt declinan-
tiā ſe. Iuuuen. tur. nam quæ per d flectuntur, ad regulā pertinet:
ut Cyclas, Olympias, lampas, & similia.

sat.6. Et †Sæpius à Latinis in secūda declinatione, ele-
Phrygia phantus dicitur. Liuius lib.10. dec.3. Tantus cla-
uestitur mor ortus, ut elephantī in suos conuerterentur.
bucca II. Hæc neutra, uas uasis, συνόνος græcè, ein ſchaff
tiara. oder geschir. Fas & nefas, indeclinabilia. Iuuenal:

Credebant

*Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Satyra. 13.
Si iuuenis uetulo non assurrexerat, et c.*

Gentilia et propria, ad regulas generales pertinēt: ut, hic et hæc Arpinās, Aquinās, Priuernās. quæ tamen aliquando etiā neutrīs iunctā leguntur: ut, Vina Priuernatia, apud Pliniū. Veteres autem Lib. 14. ca. dixerunt, hic et hæc Arpinatis, et hoc Arpinate. 6. Cic. ad.

Prisc. lib. 5. Horū extrema syllaba ideo circum Atic. lib. 16 flectitur, quia per syncopāti syllabæ prolata sūt. In quo flexus est ad iter Arpinas.

E S.

In es, tertie declinationis, quæ cre-
scunt genitiuis, masculina sunt: ut, hic gurges itis,
fomes itis, aries, etis paries etis, pes pedis, sonipes
edis, cum substantiè pro equo accipitur: ut apud Lib. 10.
Silium: Cernuus inflexo sonipes effuderat armo.

Sic et græca: hic magnes etis, tapes etis, lebes
etis. Virg. 5. Aeneid.

Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas.

Excipiuntur hæc foeminina, seges etis, teges e-
tis, compes edis, quod sunt qui utroq; genere dici In Phorm.
uelint, sed foeminum frequentius est. Terent. act. 2. sce. 1.
Habendæ sunt compedes. et Tibull. Lib. 2. eleg.
Spes etiam ualida solatur compede uinctum. 7.

Et quæ in obliquis e producum, latina: ut, hæc
merces edis, quies etis: cuius compositum requies,
olim quinta et tertia declinatione usurpatū fuit,
hodie autem quinta ferè tamum declinatur:

Cicer.

Cicero ad Attic.lib.1. Tantum requietis ha-
beo. Idem de Fin.lib.5. Si requietem natura non
quæreret. De Diuinat.lib.1. Tu tamen anxiferas
curas requiete relaxas.

Præs prædis tamen masculinum est: æs æris, neu-

*Lib.5. trum. Hæres èdis, et locuples etis, cōmunia. Prisc.
Pers. saty. autem posterius hoc etiam trium generum! facit.
13. In locu-
plete penu. Sunt et communia hæc, quæ uulgaribus hisce
uersiculis continentur: (hospes;*

Diues, hebes, præpes, miles, pedes, obses, et

*Ouid.lib.3 Inquies, antistes, perpes, comes, ales, eques' que,
Eleg. Post Interpres, soſpes, deses, teres, atque superstes,
mea mansu Et quæcunq; parit deſe Pes nomina iunctus. hoc
rum fata ſu eſt, à pes composita. ceu ſunt bipes, tripes, quadru-
perſtes pes, loriſpes, cornipes, &c.*

*opus. Sed ex hiſ multa etiam neutrīſ aliquando altri
buuntur, ut diues. Ouid.2. Trist.*

Divitiiſ ingenij eſt, immania Cæſariſ acta Cōdere.

Satyra 11. Hebes. Iuuenal. Hebeti lautiſſima ferro.

Satyra 13. Soſpes. Idem: Depositum tibi soſpes erit.

*Libro 5. Comes. Lucan. Nos rerum ſumma ſequetur,
Imperiumq; comes?*

*In fine. Hospes. Stat.4. Theb. Accipias, feſſisq; libens
iterum hospita pandas Flumina, &c.*

*7. Aeneid. Teres. Virg. Sed tereti mos eſt aptare flagello.
Suetonius in Cæſ. Fuisse traditur Cæſar excel-*

Lib.1. Hist. ſa ſtatura, colore candido, teretibus membris.

*citatē. Pris. Inquies. Salustius: Humanū genus inquies atq;
lib.5. indos*

indomitum, &c. Vbi obseruandū tamen est, quos casus receperit usus. Neq; enim eodem modo rectē omnia dicuntur.

Quædā autem & propria de se fœminina procreat: ut, hospes hospita, sospes sospita. Ouid. 2. Fast. Virg. 3. Ae-
Sospita delubris dicitur aucta nouis. neid. Bellū

Et antistes antistita, apud Ciceronem, ut quidem à terra hos-
pita portas. Prisciano citatur.

Cicero in 6. Act. Verr. Sacerdotes Cereris, atq; Lib. 5.
 illius fani antistitæ, &c. Ouid. lib. 13. Metam. Tra-
 ctisq; comis antistita Phœbi. Plaut. in Rud. act. 3.
 sce. 2. Ferte suppetias Veneri, Veneriæq; antistitæ.

Ceres & abies, ex generalibus nota sunt.

R E G U L A II.

*In es, quæ non crescunt genitiuis,
 fœminina sunt: ut, hæc famæ, lues, tabes.*

E X C E P T I O.

Verres, quod masculinum est. Vates, quod cōmune.

*Torques, quod idem & torquis nominatiuo ca-
 su dieitur, & inter dubia refertur. Propertius: Li. 4. ele. 12
 Torquis ab incisa decidit unca gula.*

Gell. lib. 9. cap. 13. Torquem detractam induit. Li. i. Et Li-

*Cicero de finib. T. Manlius, qui Galli torque
 detracto, nomen inuenit, &c. uius lib. 7.
 Dec. i. Iacē*

*Et uepres, quod ipsum quoq; utroq; genere ue-
 teres, sed ferè pluraliter * usuparūt. Virg. 3. Geor.
 Sudor & hirsuti secuerunt corpora uepres, &c.
 spoliauit.*

Lucret. lib. 4.—Nam sæpe uidemus

Illarum spolijs uepres uolitantibus auctas, &c.

Columel.lib.ii.ca.3. Hunc uepre manifestum est interire non posse. Ouid.5.Metam. Aut leporis qui uepre latens, hostilia cernit Ora canum:

Veprecula, diminutium, qua Cicero utitur pro Sext.

Vt illa ex uepreculis extracta in sedula Rempubli conaretur arrodere.

Excipitur & peregrinum acinaces, quod gla-

Ode 27. dium Persicum significat: ut apud Horat.lib.1.Car.

+ Vino & lucernis Medus acinaces,

*Immane quantum diserepat, &c. Graecē enim à ui-
rauīno, ut ξεύοις dicitur, prima declinatione, cuius*

* Porphy- *omnia masculina sunt. Tametsi * quidam acinacis
riō, Horat. nominatiō casu scribant, nullo ueterum exemplo.
interpres: + Docet, inter pocula uino temperatè utendum
sed hunc er esse, ne, ut inter Barbaros, res exeat in rixam & con-
torē Aldus tentionem.*

corrigit.

*Item quæ neutro genere usurpantur hippoma-
nes, quo equi in amorem aguntur: ut apud Pli.lib.
8.cap.42. Et cacoethes, uitium, seu morbus inuete-*

*Sat.7. ratus. Iuuenal. Tenet insanabile multos Scribendi
cacoethes, &c. Habent enim hæc adiectiuorum neu-
trorum terminationem apud Graecos.*

REGULA III.

*Sunt & fœminina quintæ declina-
tionis omnia: ut, hæc fides, res, species, &c.*

*Dies singulari numero, masculino & fœminino
genere*

genere usurpat: plurali masculino tantum.

Despaut.li.i.Dies pro tempore certo, ut 24 horarum, est tam fœminini quam masculini generis, saepius tamen masculinum. Dies uero pro tempore, simpliciter fœmininum est, & caret plurali.

Huius compositum + meridies, masculinum tantum est, et singulare.

I S.

In is, fœminina sunt, tam græca quam latina: ut, hæc amuſis, cutis, pixis, paropſis.

Sic et patronymica: ut, hæc Nereis, Chryſeis, Tindaris, Persis, et similia.

Et gentilia: ut, hæc Spartiatis, Nilotis, Memphitis, &c.

Et præterea quæcumq; à Latinis usurpata, Græcorum formā imitantur: ut, hæc aspis, serpentis nomen: hæc iaspis, gemma: hæc promuscis, rostrum elephanti: hæc promulſis, potionis genus ex mulſo, apud Ciceronem lib.9. Epift. + et similia.

EXCIPIVNTVR LATINA.

I. In quibus is sequitur literam n, ut sunt, panis, penis, funis, crinis, cinis, ignis, amnis.

Præter canis, et iuuenis, quæ cōmuniā sunt. Item lunis, et finis, quæ inter dubia recensentur. et bipennis, quod substantiæ usurpat fœminino genere, pro securi.

Virg.ii.Aeneid. Ferro sonat alta bipenni Fraxinus, adiectiū utitur. Plin.lib.ii.ca.28. Nullum cui

+ Cettū enim signifi cat tempus diei, ut in-

quit Prisci.

lib.5.

+ Epift. 10.

Neq; est q;

in pmulti-

de ſpe po-

nasaliquid.

Et epift. 20.

Non eum

quem tu es

solitus pro-

mulſide co-

ſicere,

aculeus in alio bipenne est.

II. In quibus duę consonātes præceduntis, in eadem cum illa syllaba sumptae: ut sunt axis, fascis, piscis, fustis, postis, uelis.

Præter hæc, uestis, pestis, restis, febris, uolucris substantium, et neptis, quod etiam ad generales regulas pertinet.

III. In quibus penultima syllaba definit in liquidam: ensis, mensis, unguis, collis, follis, callis, uermis, orbis, corbis, torris, et c.

Præter hæc, nullis, pellis, peluis, turris, semētis:

Plaut. in et quod pluraliter ferè usurpatur, Alpis montium
Trucul. act. nomen, cuius exemplum infrā posuimus. Etiam sen-
2. sce. 1. Me tis, uulgò genere fœminino utuntur, et ad stipula-
retricē esse fi milē sen- tur uerficus ille in Culice:
tis conde- Hæc teneras fruticum sentes rimatur, at illa, et c.
- cet.

Sed tamen apud eundem poetam 9. Aeneid. ma-
sculino genere idem nomen legitur: ut,
Sylua fuit latè dumis et ilice nigra
Horrida, quam densi complerant undiq; sentes.

Anguis utroq; genere usurpatur: quēadmodum
et torquis, quod inter dubia refertur.

Virg. 3. Eclog. Frigidus in pratis cantando rum-
pitur anguis. Cic. 2. lib. de Diuin. Si neuter anguis
emissus esset. Vall. lib. 1. cap. 6. Subitò ab una parte
aræ prolapsum anguem prospexit.

IV. Que genitiūis crescūt: ut, glis-
gliris.

gliris, cucumis cucumberis, cinis cineris, uomis uomeris, quod ex uomer nominatio casu dicitur: lapis lapidis, sanguis sanguinis.

Præter hæc: cuspis, idis: cassis, idis, pro galea: capis, idis, uas pontificale. Plin. lib. 37. cap. 2. Sed Nero, ut par erat principem, uicit omnes, CCC HS capidem unam parando.

Puluis masculino quidem genere usitatus est: apud Propertium autem etiam foeminino ponitur: Sit mihi præcipue puluis Hetrusca dolor.

Et rursum lib. 2. — Qui nunc iacet arida puluis, li. I. ele. 14.

Vnius hic quondam seruus amoris erat.

v. Excipiuntur & hæc: hic caulis, à quo cauliculus, qui ex coliculus dicitur.

Caulis Catoni est brassica, aliàs stipitem in planis significat.

Hic cassis huius cassis, cum rete significat: quod tamen pluraliter ferè usurpatur. Ouid. li. 2. Amor.

Incidit in casses preda petita meos.

Hic riualis, ein mitesser. Hic maialis, porcus castatus, ein pargk. quæ duo etiam ex generalibus nosci poterant.

Hic aqualis, uas aquarium: à quo aqualiculus. ut, Pinguis aqualiculus, apud Persium.

Hic molaris, pro dente.

Sat. I.

Molaris, quia plerumq; ad lapidem uel dentem refertur, usus frequens hoc masculinum profert. Prisc. lib. 5.

* Nā alias
die & tuū
est. Virg. 4.
Aeneid. Si
cui me uin-
clo uellem
sociare iu-
gali.

Hic iugalis, pro * equo: quod ipsum quoq; plu-
raliter ferè usurpatur.

† De indis-
cretis ge-
neribus.

Hic natalis, pro die quo quis natus fuit. Quan-
quam posteriora hæc etiam næs̄ i πόνοις masculi-
na uideri possunt. Intelligitur enim molaris dens, iu-
galis equus, natalis dies, &c.

Cap. 5. perennis aqua, si est facultas, inducatur: uel extru-
cto canali, manu detur, &c. Sed tamen diminutuum
canalicula, quo Lucilium usum † Nonius indicat,
argumento est, etiam fœminino genere nomen hoc
a ueteribus usurpatum fuisse. Et Seruius in 3. Geor.
fœmininum magis probat.

Sed constat, apud bonos autores sæpius mascu-
linum esse. Virgil. in Aetna: Nec tamen in rigidos
exit contenta canales. Liuus lib. 3. Dec. 3. Vtraque
in Capitolio est, canali uno discretæ. Senec. lib. 3.
Nat. quest. Quibus torrēs in canali suo cursus est,

Sunt & masculina, ass̄is composita: ut, decussis,
centuſis, & similia. Persius:

Et centum Græcos curto centusſe licetur.

Porro quia laboriosum est, tot exceptiones me-
moria comprehendere, placuit puerorum gratia &
uersiculos hos subiçere, quibus pleraq; ea que ma-
sculina huius formæ sunt, continentur.

Mascula sunt, panis, penis, crinis, cinis, ignis,
Funis, cum uecti, piscis, fascis, lapis, amnis,
Hinc fustis, postis, hinc axis, uermis, & unguis.

Et col;

Et collis, follis, callis, glis, sanguis, & ensis,
Et mensis, torris, cum uomere, corbis & orbis,
Maialis, cum natali, riualis, aqualis.

Cassis, & caulis, cumq; assis prole, iugales,
Hinc cucumis, & quæ sexu memorantur utroq;
Ut clunis, torquis, cum puluere, finis, & anguis.

Hæc igitur ferè masculina sunt, cætera fœminina. notatis tamen etiam ijs, quæ ex regulis generibus cognoscuntur, ut sunt propria uirorum: ut, hic Paris, Thespis, Dis pro Plutone, &c.

Fluuiorū: ut, hic Tyberis, Fabaris, Araris, etc.

Mēnsiū: ut, hic Aprilis, Quintilis, Sextilis, &c.

Officiorum: ut, hic Aedilis.

Gentilia: ut, hic & hæc Samnis, Quiris.

Adiectua: ut, hic & hæc dulcis, fortis, iuuensis,
quod ultimum tamen neutro caret.

Et quæ utrig; sexui conueniunt: ut, hic & hæc Linacer li.
cūiis, hostis, testis.

Et canis; cuius tamen diminutiuum canicula, fœ
minino genere tantum dicitur.

Fecerunt autem hoc loco mentionem Gramma-
tici figuræ illius, qua complecti solemus præpositio
nem & nomen, significaturi officiū, disputationiq;
de eorum genere. Nos orationem potius eam com
plexionem esse iudicamus. Attribuimus enim alte
xi uoci genus & casum, iuxta exempla autorum: ut,

A' pedibus pro cursore.

d 4

Ab

i. A ministe
riūaliquod
per circui
tionem ex
plet, ut, à
studijs, à co
métarijs, à
libellis, à ra
tionib. pro
ministro,
uel seruo,
qui præ-

est studijs,
cōmētarijs,
libellis, ra-
tionibus.

PHILIPPI MEL.

Ab epistolis pro scriba.

A concionibus pro concionatore.

A secretis pro secretario.

*Non enim dicimus, Meus à pedibus. Neq; rectè
opinor quisquā dixerit, Ab epistolis Romanis, pro
scriba Romano: sed, Romæ ab epistolis, etc. Obser-
uabis igitur ipse, quomodo his formulis autores usi-
sint.*

Y S.

*Fœminina sunt & Græca pleraq;
que in ys per y psilon desinunt: ut, hæc chlamys:
hæc pelamys, piscis nomē: hæc chelys, erinnys, etc.*

O S.

*In os masculina sunt: ut, hic honos,
flos, lepos. Et græca, Eros, heros, gelos, mono-
ceros, ægoceros, rhinoceros, & id genus alia, que
absq; contractione declinantur.*

EX C I P E.

I *Fœminina hæc, arbos, cos, dos, & glos, quod
ultimum ex regula generali notum quoq; est.*

*Item græca in os longum, que in obliquis con-
trahuntur: ut, Eos: à quo eos, a, um, pro Oriente.*

I I *Hæc neutra, os oris, & os ossis.*

*Et græca in os breue, que per contractionem de-
clinantur: ut sunt, Telos, melos, chaos.*

Melos insu-
la Cretæ ad-
iacens, est
fœminini
generis.

*Postremò hæc communia, bos, impos, compos,
custos, & sacerdos.*

V S.

R E GV.

REGVLA I.

In us secūdæ & quartæ declinatio-
nis, pleraq; masculina sunt: ut, hic uetus, annus: hic
fructus, arcus, uisus, &c.

Sic et græci, quæ os in us latinè uertūt: ut, tomus,
typus, catalogus, et similia, præsertim uerbalia.

EXCIPIVNTVR.

I Latina hæc fœminina, uanus, humus, acus, ma-
nus, tribus, porticus, colus, domus: & quod plurale
tantum est, idus. Nam anus, socrus, nurus, & quæ
arborum propria sunt, ut cerasus, arbutus, laurus,
ficus, &c. ex generibus nota sunt.

Item hæc neutra, † uulgus, quod tamen etiam ma-
sculino genere usurparunt autores: pelagus, & ui-
rus, quod indeclinabile est.

† Tacit.lib.20. Est uulgus sine rectore præceps, pauidus, socors. Virg.2. Aeneid. In uulgū, &c. Sa-
lust.in Iugur. Vulgum effusum oppido cedere, etc.

Plautus etiam uirile sexus, dixit neutro genere,
in Rudente. Sed hoc posterior ætas repudiauit.

Alius inter dubia refertur, quemadmodum &
penus, & specus, de quibus infrà dicemus.

Pampinus autem quod Seruius inter dubia ha-
bet, masculino genere uisitatius dicitur. Plin.lib.33.
Pampini triti & impositi tumorem omnem siccāt.
Et Columella lib.4.cap 6. Primò tamen bini pam-
pinis submittuntur, ut sit alter subsidio, si alter forte-

Inuenies ta-
men apud
Lucretium
uiri & uiro.

Act. i. scen.
2. Virile se-
xus nūquā
ullū habui.

In Cōmēt.
7. Ecl. Virg.
In proœ-
mio.

deciderit. Et rursum cap. 27. Vmbrasq; cōpescet,
ac superuacuos pampinos deturbabit.

II Excipiuntur hæc græca, arctus, eremus, a-
byssus, diphthongus, cum absolutè dicitur de syllaba,
sive uocali diphthongo: hoc est, antiqui, sive
duplicis soni.

Et ab iōlōs cōposita: ut, hæc methodus, synodus,
exodus, periodus, et similia. Quibus uulgò et
paradisus annumeratur. Sed hoc nomen apud Sui-
dam, Strabonem, et Xenophontem masculino ge-
nere usurpari uideo. ut primo Anabasews, dicitur μεσος
ἢ τὸ παράλειόν περὶ μαιάνδρου ποταμοῦ, et c. hoc
est, Per medium autem paradisum sive hortum la-
bitur Mæander fluuius.

Sunt et foeminina gemmarū nomina pleraq; ut,
hæc Amethystus, Crystallus, Hyacinthus, Sapphi-
rus, Chrysolithus, et c. apud Plin. lib. 37. Nam et
γυναικῶν horum λίθος foemininum apud Grecos est,
quando gemmam significat. Smaragdus tamen, Be-
rillus, Opalus, et quædam alia, etiam masculino ge-
nere usurpata reperias. Propertius lib. 4.

Eleg. 8.

† Li. 37. ca. 5

Smaragdi

Scythici

Sunt nobi-

liissimi.

† Li. 1. ca. 6.

Li. 3. ca. 36.

Etsolitum digito Berillum adedera signis.

Sic apud † Plinium paſſim cætera.

Hanc diuersitatem inde fieri arbitratur Despa-
terius, quod intelligi potest lapillus, uel gemma.

Et fruticum, aliorumq; terra nascentium que-

dam: ut, hæc † nardus, hyssopus apud * Diosc. hæc
byffus,

G R A M M A T I C A.

59

byssus: costus, autore Prisciano. quod idem tamen

Li.5.de Ge
neribus.
Lib.1.ca.15.

& masculino genere legitur: ut apud eundem Dio-

scoridē, λόγος διαφέρει αρρενώς, λόγος ἄρ. id est,

À reliquo coste differt Arabicus, candidus existens.

Hæc papyrus, hæc biblus, seu byblus. nam utro-

que modo scribitur. Lucanus lib.3.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos

Nouerat, &c. lunci species est, quam Latini, & po-

steriores item Græci papyrum appellant.

Hæc balanus. Horat. lib.3. Carm.ode 29. Pressa

*tuis balanus capillis. Sic & Græci, Suidas, * Dio- * Li.1. cap.*

scoribes, & alij pleriq;. tametsi Plinius uideatur 44.

alibi etiam masculino genere usurpasse. Li.13.ca.4.

Hæc carbasus, cuius plurale carbasæ ad neutrum Maximè

genus defecit. Sed & hoc utroq; genere usurpasse tamen pla-

ueteres, Priscianus & alij pleriq; tradunt. cēt cādidi.

Cythisus fœminino genere uititur Columella lib. Lib.5.

9. cap.4. masculino Theocrit. Idyl.9. & alij paßim. Vtraq; cy-

αὶ ἀγρού λύτρισον, δάννος ταῦ ἀγραίων.

Et Narcissus fœminino genere idem poeta Idyll. spontis.

1. masculino Plinius & cæteri Latini utuntur. Cu-

iusmodi fortassis etiam alia inuenies, quæ frequens Li.21.ca.19.

lectio suppeditabit. Neq; enim singula hic recense,

ri possunt, quorum adeò uarius ac multiplex apud à vāgu nar-

autores usus est. cissum di-

Ex superioribus autem nonnulla etiā neutro ge- ctum, non

nere usurpata eguntur: ut, hoc nardum, hyssopum,

papyrus,

papyrus, apud Plinium. Sed in his & similibus frequentior usus obseruandus est.

Plin.lib.12.ca.12.Baccaris uocatur nardum rusticum. Et lib.13.cap.ii.Papyrus nascitur in palustribus Aegypti,&c. Et lib.25.cap.9.Hyssopum in oleo contritum,phthiriasi resistit.

Item foemina sunt pleraq; regionum & insularum propria: ut, hæc Aegyptus, Cyprus, Delus, Lesbos, Tenedus, &c. Nam hæc & similia ad yonu& sua referuntur, quæ sunt, χωρα, νησος, & simili.

Vrbium autem nomina ad regulam generalem pertinent: ut, hæc Corinthus, hæc Pylus.

Lib.8.ea.18. Camelus inter communia refertur à Grammaticis: sed Plim.masculino genere ferè usurpauit, Grammatici frequentius foeminino. ut in proverbio, οὐ λέπατα πάσι τοις εἴδεσιν αὔτη τοις ταῦταις προσαπάτεις. Vide Eras. Chil.3. cēt. aures amisit.

§. Et barbitus, quod instrumentum musicum est, Horatius, masculino genere posuit: ut,

— Age dic latinum Barbite carmen,
Lesbio primū modulate ciui, &c. Ode 23. lib.1.

Ouidius in epistola Sapphus, foeminino: ut, Non facit ad lacrymas barbitus ulla meas.

* I librorū copia absq; studio non reddit do-

Ausonius autem etiā neutro, in Philomusum: ut,

* Hoc genere et chordas et plectra et barbita cōde: Omnia mercatus, cras citharoedus eris.

etum. Sed hoc & similia ad heteroclita pertinent.

REGVLA II.

In us tertię declinationis, fœminina sunt, quæ u in obliquis retinent: ut hæc salus salutis, palus paludis, tellus telluris.

Excipe monosyllaba, quæ neutra sunt: ut, hoc ius, crus, rus, pus, thus, plus.

Præter mus. quod masculinū est: grus, quod fœminino frequentius, & sus, quod utroq; genere dicuntur.

Pecus pecudis, fœmininū est: Pecus oris, neutrū.

Ligus liguri, quòd et Ligur nominatiuo casu dicitur, ad genilia pertinet.

Intercus, omnium generum nominibus additur: ut, intercus aqua, intercute morbo, intercutibus uitios, apud Aulum Gellium.

lib.13.ca. 83

Hydropisin Latini aliquando aquam intercutē appellant, quia intus & in cute urget laborantē.

REGVLA III.

In us tertię declinationis, quæ u in obliquis mutant, neutra sunt: ut, hoc acus aceris, οὐνόβαρος græcè, spriðver: hoc corpus corporis, uulnus uulneris, &c.

Ad hanc regulam & comparativa in us pertinent: ut, hoc maius maioris, fortius fortioris.

Excipe lepus leporis, quod masculinum est. Nam Venus Veneris, proprium, & uetus ueteris adiectiuum, ad regulas generales pertinet.

AVS

In aus, fœminina sunt: ut, hæc laus, fraus.

S C V M C O N S O N A N T E.

Quæ s finiunt, præcedente consona-

Virg. 6. Ae- fœminina sunt: ut, hæc ars, mors, puls: hæc hyems, neid. Huius cohors. bidens pro oue: ut, Lectas de more bidentes, uocabuli ex Nam pro bipalio, siue sarculo, masculino genere u plicationē surpatur: ut, lege apud Gellium li. 16. cap. 6. Sæpius ad capita & duros iactare bidentes. apud eundem poetam & Georg.

Excipe primo hæc monosyllaba, quæ masculina
li. 9. Ofllaq; sunt: mons, pons, fons, dens: & seps serpentis nomē.
dissoluēs cū ut apud Lucanum: Tabificus seps.
corpore ta bificus seps. Et quæ inter dubia recēsentur, scrobs, & stirps,
cum de arbore dicitur.

Stirps pro origine uel progenie, solum est fœminū, at pro trū co uel radice, tam masculinā quam fœminini generis est.

Etiam frons apud uetustissimos masculino gene re usurpatum legitur, & scrobs, autore Phoca. Sed tamen in his posteriores Latini fœmininum genus retinere maluerunt.

II Excipiuntur polysyllaba, quæ in ps desinunt. sunt enim pleraq; masculina: ut, hic manceps, ej clops, hydrops. Horat.

Li. 2. Carm. Ode 2. Crescit indulgens sibi dirus hydrops.

His adde, chalybs & torrens.

Forceps autem & adeps, dubia sunt: utroq; enim Ouid. r. 2.
genere usurpantur, quemadmodum & serpens sub- Metamor.
stantium. Quod for
eipe curua
Cum faber
eduxit.

Princeps, municeps, parens, & similia, ad regu-
lam generalem pertinent.

III Sunt & masculina nomina, quibus assis par-
tes significantur: quae quo certius intelligantur, om-
nia hic recensebimus.

As, uel assis, uncias continet 12

Deunx	11
Dextans, seu decunx	10
Dodrans	9
Bes	8
Septunx	7
Semissis	6
Quincunx	5
Triens	4
Quadrans	3
Sextans	2
Vncia	1

T.

Int, neutra sunt: ut, hoc caput, occi-
put, quod & occipitum dicunt. Est autem poste-
rior capitinis pars, iuxta Catonis apophthegma: De re Ru-
Frons occipitio prior est: id est, Præsentia domini stic. cap. 4
plurimum prodest. Hoc synciput, pars, quæ se
frons

A X.

In ax latina, fœminina sunt: ut, hæc
fax, pax, fornax.

Græca ferè masculina sunt: ut, hic abax, thorax,
limax, stirax, Arctophylax, &c.

E X.

In ex monosyllaba, & item polysyl-
labo, fœminina sunt: ut, hæc sex, lex, supellex.

Masculina sunt: ut, hic rex & grex.

I I. In ex dissyllaba, masculina sunt:
ut, hic codex, quod ueteres etiam caudex dixerunt:
hic frutex, latex, pollex, ramex. Plaut. Tua causane
mo nostrum rupturus est suos ramices, &c.

In Pœnulo
act. 3. sce. I.

3. Georg. Excipe primò, quæ fœminina sunt: hæc carex.
Satyr. 4. Virg. Et carice pastus acuta. Hæc uibex. Persius,
Si puteal multa cautus uibice flagellas.

Hæc forpex, forfex, & quæ ex generalibus regu-
lis nota quoq; sunt, pellex & ilex.

2. Hæc cōmunia, exlex, ilex, iudex, index, uindex.

Et quæ inter dubia habentur, cortex, imbrex,
obex, pumex, & silex.

Act. 2. sce. 3. Apud Plautum in Casina etiam cana culex legi-
Eho tu ni- tur. Alias culex ubiq; masculinum est: ut in Epita-
hili cana cu phio culicis Virg. Parue culex, pecudū custos, etc.
lex.

I X.

In ix dissyllaba, masculina ferè sunt:

ut, hic calix, fornix. Iuuenal

Satyr. 3.

Lenonum pueri quo cunq; in fornice nati.

*Hic natrix, pro serpente. Lucanus: Et natrix Lib. 9.
uiolator aquæ, &c.*

Hic uarix. Horat. Varice succiso, &c.

Hic spadix, phœnix, histrix, &c.

*Excipiuntur hæc, cornix, ceruix, lodix, radix,
filix. Virg.*

z. Geor.

Et filicem curuis inuisam pascit aratris.

*Item hæc pristix, piscis nomen, quod ex pristis
dicitur, à nēi seip, hoc est secando, quod fluctus se-
cet natando. Cicero in Arato:*

*Andromedā tamen exploras fera querere pristix
Pergit, &c.*

*Hæc perdix, quod tamē ex masculino genere
usurpatum reperitur. Statius 2. Syluar.*

In Psittaco.

Quiq; refert ingens iterata uocabula perdix:

Sed fœmininum usitatius est. Martialis: Lib. 13.

Rustica sum perdix, &c.

*Et quæ ad generales regulas pertinent, hæc sa-
lix, larix, matrix, &c. similia.*

*Mastix, pro flagello, apud Homerū fœminino Iliad. 10.
genere usurpatum. Cōpositum autem Homerum a ēnei naḡtū-
stix, ex regula generali masculinum redditur. γα φαεντίν,*

*Cætera in ix, tam monosyllaba, quam polysylla &c.
ba, fœminina sunt: ut, hæc nix, pix, strix: hæc cica-
trix, coxendix, appendix, &c.*

In yx per ypsilon finientia, masculina ferè sunt: ut, hic + bombyx, sandyx, oryx animal, quod uox alio nomine Græcis dicitur, ut ex

lib. 8. ca. 53. Plmio appetet.

+ Cum est uermiculi genus: aliàs fœmininū est, quū pro ueste bombycina ponitur. Plinius lib. II. cap. 23. Assyria bōbyce adhuc fœminis cedimus.

Excipitur styx, quod fœmininum est.

Naryx, urbis nomen, quod ad regulam genera lem pertinet.

lib. 12. Epi- Onyx, pro gemma, masculinum est. Martial. gram. 50. Calcatusq; tuo sub pede lucet onyx.

Pro uase autem unguentario, utroq; genere le lib. 7. gitur. Item:

Vnguētū fuerat, quo d onyx modò parua gerebat.

lib. 3. El. 10. Propert. Et crocino nares Murrheus ungat onyx.

Satyr. 6. Quo pacto & Sardonyx usurpatur. Iuuenal. In manibus densi radiant testudine tota Sardonyches, &c.

Immodica est fœminarum uoluptas ex Musica.

Satyr. 1. Persius: Et natalitia tandem cum Sardonyche albus.

Perstringit ineptum & superbū actorem.

O X.

In ox, fœminina sunt: ut, hæc nox, uox, celox.

V X.

In ux, fœminina sunt: ut, hæc lux, nux, faux.

D IX

Dux & coniunx, communia sunt.

Crux inter dubia refertur: sed fœmininū usitatiū est apud idoneos autores.

Gracchus, citante Despauterio: Dignus fuit qui malo cruce periret. Plaut. in Amphit. act. 4. scen. 2. Ego te certo cruce mactabo.

LX. NX. RX.

Quæ consonantem ante x habent, quacūq; uocali præcedente, fœminina sunt: ut, hæc falx, lanx, arx, sphynx, phalanx, meninx panniculus cerebri, apud Aristotelem & Pollucem.

Hæc Syrinx, fistula, et nymphæ nomē apud Ouid. lib. i. Met.

Excipiuntur partes aßis: ut, quincunx, septunx, deunx, quæ masculina sunt.

Coniunx, quod & coniux scribitur, cōmune:

Calx & lynx, quæ inter dubia recēsentur. quanquā calx pro calcaneo, & pro materia, fœminino genere usitatiū effertur. Lyncis autem exēpla habet apud Horatium: Aut timidos agitare lynces. lib. 2. Cat. Et apud Virg. Maculose tegmine lyncis. Ode 13.

i. Aeneid.

Adiectiva quæcūq; in x, uel in duas consonantes exēnt, sub una uoce tria genera continent: ut, hic & hæc & hoc audax, loquax, sons, insons, concors, discors, & similia.

NUMERI.

Numeri nominum duo sunt: Singularis, ut hic Cæsar: Pluralis, ut hi Cæsares.

Quidam subtiliter disputant, propria nomina
carere plurali numero: quia uerè propriū nomen
illud est, quod non significat multos. Sed tamen u-
sus tribuit eis pluralē, cum Scipiones, Fabios, Me-
tellos, &c. dicimus.

FIGVRÆ.

Figuræ item duæ sunt: Simplex, ut
aptus: Composita, ut ineptus.

Prisc.lib. 5. Addidere quidā & Decōpositā, quā tribuerūt
de Figuris. nominib. quæ à cōpositis alijs nascūtur: ut sunt,
experientia, suffragiū, ab experior & suffragor:
iniustitia, insatiabilitas, ab iniustus et insatiabilis.
Sunt autem hic obseruandæ adolescentibus lite-
rarum mutationes: ut, amicus, mimicus: aptus, in-
eptus: falsus, insulsus, &c. Quæ quia in uerbis fre-
quentiores quam in nominibus accidūt, de ijs in-
frā copiosius agemus.

CASVS.

Casus, in-
quit Festus nativus, prima uox est, qua nominamus rem.
Pompeius, Genitius, nō qui casus gignat, sed quòd eo u-
uocabulo- tantur interrogati, cuius uel originis uel posseſſo
rū formas ris res sit: ut, Cuius est liber? Ciceronis. Cuius est
dicimus, quia in aliā filius Africanus: Pauli Aemylij. Vnde idem & pā
atq; aliam trius casus dicitur.
cadant effi Datius, quo utimur, attribuēdo aliquid cuipli-
giem. Accusatius, quo utimur, quum personam aut
rem

rem uerbo subiçimus: ut, lego Virgilium.

Vocatiuus, quo uocamus.

Ablatiuus, quo utimur, quū auferri aliquid significamus. Estq; hic casus Latinis proprius: Græci enim ablatiuū nō habent, ideo Græmatici non nunquā Latinū casum uocat. idem etiā casus septimus à Diomedē appellatur, quādo aut absolute po Lib. i. nitur: ut, Fit sonitus, spumante salo. aut alias sine Virg. 2. Ae. præpositione effertur: ut, Cornu ferit ille, caueto. Virg. 9.

DECLINATIONES. Ecl.

Declinatioes nominū sunt quinq;

PRIMA DECLINATIO.

Prima declinatio cōplectitur qua
tuor terminationes, a, as, es, et e. Porrò græca sunt
omnia, quæ as, es, aut e finiūt: ueteresq; p a ea effe- Prisc. lib. 6.
rebant, dicebantq; pro Anchises Anchisa, perinde
ut pro Demeas Demea, pro Chæreas Chærea.

P A R A D I G M A.

Singulare.

Plurale.

Hæc Musa

hæ Musæ

huius Musæ

harum Musarum

huic Musæ

bis Musis

hanc Musam

has Musas

ô Musa

ô Musæ

ab hac Musa

ab his Musis.

Ex his casibus quidam figurā admittunt. Nam
Virgilius diphthongum, quæ est in genitiuis, diui

• 3 fit, cum

Lib.3. Aen. sit, cum inquit, Aulai in medio, &c. G;

lib. 9. Aen. Pictai uestis, &c. Item, Vis aquai.

lib.7. Humor aquai, Lucret.lib.3.

lib.6. Priscum est, quod & Priscianus annotauit, geniti
uos singulares nominum purorum in a, per as exti
re: ut, hæc Maia, huius Maias, pro Maiae. Et con
stat, hoc Græcorum mutatione fieri. Atq; inde ge
nitius familiæ, pro familiæ, remâsit in his nomini
bus, pater familiæ, mater familiæ, filius familiæ,

lib.11. Aen. etc. Virgilius aut etiā auras, pro auræ, genitio se
cit: ut, Nihil ipsa nec auras, Nec sonitus nemor.

6. Aeneid. idem dixit, Atq; aurai simplicis igné.

Virg. 2. Ae. Et genitio plurali nonnunquā syncope admittit
Moenia titur: ut, terrigenū pro terrigenarum, Troiuge
Dardani- nūm pro Troiugenarū. Idq; ferè in cōpositis tan
dūm, pro tum accidit.

Dardanida rum. Variant & dativi plurales. Nam ueteres plera

Vall.lib.1. que, discriminis causa, per abus protulerūt: ut ea
cap.1. bus, fœminino genere, pro eis. Hodie reliqua sunt

Prisc.lib.7. ex hac forma, filiabus, natabus, deabus, libertibus,
equabus, mulibus, duabus, ambabus: quoru nomi
natiui hoc uersiculo comprehenduntur,
Filia, nata, dea, liberta, equa, mula, duæ, ambae.

† Sunt qui & dominabus dicant, & animabus,
sed nescio an ullo ueterū idoneo exemplo. * Nam
contrà reperimus etiā natis & filijs, pro natabus
& filiabus, ueteres dixisse.

* Curtius

† Curtius lib.3. Ut armatos cōspexere, rati actū esse de dominis, in tabernaculum currunt, uociferantes missos esse qui occiderent captas. Cicero in 14. Epistolarum: Duabus animis suis scribit.

* Statius in Achill. Charisq; para connubia natis. Plaut. in Stich. act. 4. scen. 1. Ibo intrò, & gratulabor uestium aduentum filijs.

Quæ es aut as finiunt, græcam formam imitantur.

PARADIGMA.

Hic Anchises	Aneas	
huius anchisæ	Aeneæ	
huic Anchisæ	Aeneæ	
hunc Anchisen	Aeneam & Aenean	Virg. 3. Ae.
ô Anchise	Aenea	Anchisen
ab hoc Anchise	Aenea.	facio certū, &c.

Virg. Dominum Aenean in regna recepit. Cu 4. Aeneid.
iusmodi accusatiuos etiā ea quæ in a desinunt græ
ca, faciunt, idq; interim a correpta: ut,
Maian & Electran, Taygetamq; Ioui. Ouid. 4. Fast.

Et Statius 7. Theb.

Namq; ferunt raptam patrijs Aeginan ab undis.

In e desinentium, prorsus græca de-
clinatio est singulari numero: ut,

Hæc epitome	Latinè hæc epitoma. Sic
huius epitomes	& Pentecoste, hoc est,
huic epitome	quinquagesima: Euterpe,
hanc epitomen	Parasceue, & similia.

c 4 ôepi

ó epitome

ab hac epitome.

Plurali autem latinam formam sequuntur: ut,

Hæ epitomæ harum epitomarum

bis epitomis

has epitomas

ó epitomæ

ab his epitomis.

SECUNDA DECLINATIO.

In secundam declinationem retulere
runt Latini nomina quæ finiunt

er }

ir }

ur }

um } ut }

us }

eus }

gener

uir

satur

scamnum

dominus

Orpheus. Estq; hæc grecæ

terminatio, ceteræ latine sunt.

PARADIGMA.

Singulare.

Hic dominus

huius domini

huic domino

hunc dominum

ó domine

ab hoc domino

Plurale.

Hi domini

horum dominorum

bis dominis

hos dominos

ó domini

ab his dominis

Hoc paradigmare regulare est, quo fines casuum
singulorum indicantur.

Ceterum numero syllabarū quædam nomina

variantur.

uant. Alia enim superant nominatiuum in reliquis casibus: alia totidem in obliquis habent, quae syllabis constat nominatiuum.

Superant nominatiuum syllabarū numero, quae ur, ir, aut eus finiunt: ut, satur saturi, Treuir Treuiri, Orpheus Orphei.

Pares cum nominatiuo syllabas habent, quae us aut um finiunt: ut dominus domini, templum templi.

Exceptis unus, ullus, nullus, solus, totus et aliis, quae genitiū per ius, datiuū per i, pronominum more faciunt: ut,

Vnus	unius	uni, &c. Sic & foemi-
Vllus	ullius	ulli nina, & neu-
Nullus	nullius	nulli tra quoq;
Solus	solius	soli
Totus	totius	toti
Alius	alius, media longa, alij.	

Cesar: Vno excepto, quē aliusmodi atq; omnis In Anticata natura finxit.

Quibus similia sunt & uter utrius utri, &c. Alter alterius (quod solum i ante us breue habet) alteri. Et neuter, quod t neutrius et neutri, genitiuo casu facit. Quinqā etiam ex superioribus quedam apud uetusissimos secundū regulam declinata reperias: ut apud Terēt. * Nulli consili: pro nulius. Et, Mihi sole ridiculo fuit: pro soli, &c. De

* In An. act.
3. scen. 5.

in Eunus.

cho. act. 5.

e 5 quare scen. 7.

De secūda quæ re Priscianus lib. 6. & lib. 13.

declinatio † Habet autē sēpius apud bonos autores, neū
ne prono- trius in genituo, & neutri in datiuo. ut Cic. ad
minis. Attic.lib.12.epist.17.Noui syluā nobilē, fructum
autem neutrius. Valer.lib.9.cap.14.Neutrius un
quam si excussæ complexum petijt. Cicero ad
Attic.lib.8.Neutri scopus est ille.

Illa uero quæ in er desinūt, partim
crescunt in obliquis, partim non.

R E G V L A. I.

In quibus er præcedit muta, geniti
ui pares cū nominatiuo syllabas habent: ut, faber
fabri, cancer cācri, uafer uafri, ager agri, aper a-
pri, auſter austri.

Excipe, Liber Liberi, pro Baccho. Liber liberi,
† Val.lib.3. adiectiuū. Et plurale † liberi, pro filijs, siue nati.
cap.8. Nam substantiuū liber, pro cortice, seu uolumine,
Gell.lib.2. libri facit.

cap.13. Item socer soci, lacer laceri, asper asperi, pro-
sper proſperi, adulter adulteri, præsbyter presby-
teri, quod mutilatum est à græco πρεσβύτερος, id
est senior.

Et à gero et fero cōposita: ut, lucifer luciferi, falci-
fer falciferi, armiger armigeri, corniger cornigeri.

Iber Iberis, tertia declinatione, & Iber Iberis.
lib.7.de se- cunda dicitur. Priscianus hanc differentiam facit,
cund.de- ut Iber Iberi, de Hispaniæ populo intelligatur, un-
clin. de & Celtiber compositum uenit: Iber autem Ibe-
ris, de

ris, de ea gente, quæ ad Pontum habitauit.

Dicitur & Iberus Iberi, quod fluuij nomen est.
ut apud Lucanum lib. 4.

Qui præstat terris, aufert tibi nomen Iberus.

Quo pacto & Liuius amnem Iberum dixit.

Lib. 4. Dec. 3. Priusquā Romani amnē Iberum
transirēt, ingentes copias Hispanorum Mago &
Hasdrubal fuderunt.

Et Virgilius adiectiū usurpauit, cum inquit: lib. 9. Aen.
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Sequester item secundæ pariter & tertiae decli-
nationis reperitur. Cic. in 2. Verr. Aut sequestres,
aut interpretes iudicij, &c. Plaut. Ego seruabo, In Vidula-
quasi sequestro detis: Neutri reddibo, donicū res ria, ut citat
iudicata erit. Est tamē secundæ frequētius. Atq; Prisc. lib. 6.
hinc Virgilius quoq; dixit, Pace sequestra. lib. 11. Aen.

Item Plaut. in Mercat. act. 4. Sequestro uir ait da-
rā. Sed Cicero semper in tertia declinatione uti-
tur: atq; ita inuenitur apud plerosq; teste Pr. li. 6.

At Mulciber, quod quidam huc addunt, tertiae
declinationis est. ut apud Ouid. Mulciberis capti li. 2. de An.
Marsq; Venusq; dolis. Sic enim & Priscian. legit. lib. 6.

Dexter dextri facit, & dexteri. inde deriuantur
dexterior & dexteritas.

De neuter, uter, & alter, suprà dictū est. Com-
positum alteruter, simplicis rationem sequitur.

II.

Quæ aliam quam mutam habent
ante

ante er, crescent genitiis: ut, miser miseri, teneri, gener generi.

Obseruabis autem, etiam circa genitiuos nomi-

num in eus, interdū synæresin fieri, e et i in unam

6. Fast. syllabam cōtractis: ut apud Ouid. In iurā Thesei,
pro Thesei. Cuius formæ genitiui sunt ett Vlyss,

2. Aneid. Ἐρ Achillei, apud poetas. ut apud Virgil.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuias induitus Achillei.

Hinc accu- Nam ueteres declinauerunt Achilleus, sicut Or-
fatiuo græ pheus: unde fit genitiuus Achillei, quatuor syllaba-
ca. Lucan. lib. 10. usus rum, et per contractionem Achillei trisyllabum.
est, Terribi- † Latini sunt casus, nō græci, quia genitiui ter-
lē uisu tra- tix declinationis contractorum non patiuntur
iecit Achil- synæresim.

lea ferro. Estq; in his et similibus obliquis nominum in
eus, e natura breue: tametsi id poetæ, sequuti græ-
cam consuetudinem (sunt enim omnia in eus græ-
ca) alicubi produixerint: ut, Idomenea ducem, Ilio

Lib. 3. Aen. Lib. 1. Aen. nea petit, etc. apud Virg. Nā Græci ex idomenvia
idomenvnā, ex idomvēa idomvnā faciunt.

Sunt et græci genitiui Atticæ declinationis in
6. Aeneid. o, quibus poetæ usi sunt. ut Virg. In foribus lethū
Androgeo, etc. Sic enim declinant, ο αὐδρόγεως,
το αὐδρόγεως, etc. Sed græca ex suis autoribus pe-
tenda sunt.

DE DATIVO ET ABLATIVO.

O finiūt datiuī latini in hoc ordine
omnes: ut, dominus domini domino. sic Orpheus
Orhei Orpheo. Nā quod Virgilius datiuo casu
dixit, Orphē Calliopea, Līmo formosus Apollo,
græcum planē est, & ex ὄρφει ὄρφει contractum.

Illa uero, quorum genitiui in ius exēt, datiuos
in i faciunt: ut, unus unius uni, &c. ut suprà.

DE ACCVSATIVO.

Accusatiui terminatio um est: ut,
dominus dominum, uir uirum

Sed ab eis, per a accusatiuos faciūt: ut, Orpheus Prisc.lib.7.
Orphēa, Ilioneus Ilionea.

On, græca terminatio est eorū no
minum quæ o latine in uertūt: ut, Ilion ab Ilium,
Pelion à Pelium, Rhodon à Rhodus. Horat. † Inuenitur
Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen. tamē in usu
Poetæ usurpant quoq; græcum accusatiū in etiā in una
on. Ouid.lib.9 Metam. Cum uideat fessos Rhada accusati -
manton & Aeacon annis. uushuiuscē
† Li. i. Car. modi nomi
Ode 7.

Neutra accusatiū nominatiuo si-
milent faciunt: ut, hoc uulgu, pelagus. Inuenias ta
men & uulgū accusatiuo casu: ut Aeneid. 2. Spar
gere uoces In uulgum ambiguas, & querere con
scius arma. Et Curtius lib. 8. Orta seditio in diuer
sa consilia deduxerat uulgu.

DE VOCATIVO.

Ab er, ir, ur, & um, uocatiui similes
sunt

sunt nominatiuis: ut, ô sacer, uir, satur, templū. in-
 # li. 11. Aen. uenias tamē † Euādre & * Thymbre, apud Vir-
 * li. 10. Ac. giliū: sed ea græca sunt, ab ḥ̄œv Argos, θύμβος.

Virg. 8. Aeneid. Rex Euandrus ait, Non hæc so-
 lennia nobis.

Ab us, fit uocatiuus per e: ut, domi-
 nus domine, Bacchus Bacche.

Est tamen, ubi nominatiuum pro uocatiuo, siue
 lib. 7. de uo metri, ut Priscianus ait, siue euphoniae gratia, usur-
 catiuo sing. parunt poetæ: ut Virgil.

secun. dec. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarū.
 8. Aeneid.

lib. 2. Et Lucanus: Degener ô populus. Sic ô uulgus, pe-
 lagus, quoniā neutra sunt. Sic ô Deus, & alia ple-
 rag; dicuntur, quæ usus docebit.

Propria aut̄ in ius, per i faciunt uo-
 catores: ut, ô Virgili, Valeri, Pöpei, penult. acuta,
 Veteres di- cebat Virgi- lie, Mercuri- rō per apo et p̄ opria illa in e terminabat. de qua re Pr. li. 7.
 copē Virgi- li, Mercuri- proferunt. **A**b eus, uocatiuus per eu fit: ut, Or-
 pheus Orpheu.

Sunt & quedā contracta græca, quæ per uo-
 catores faciūt: ut, Panthous & Panthūs, ô Pāthu.

Lib. 2. Aen. Virg. Quo res summa loco Panthūs quam prendi-
 mus arcem?

NOMINATIVVS PLVRALIS.

Masculina & fœminina, per i nomi-
 nativos

natiuos & uocatiuos plurales faciūt: ut, *hi et ô domini, lupi, &c.*

Neutra omnia, ut & in alijs declinationibus, per a nominatiuos, accusatiuos et uocatiuos formant: ut, *hæc scamma, gymnasia.*

GENITIVS.

Genitiuus pluralis per orum finit: *ut, dominorum, luporum.*

Nomina festorum faciunt genitiuū plerunq; in orū, licet in datiuo & ablatiuo bus habeant, ut *Bacchanalia.*

Sed interdum * syncope syllabam subtrahit: ut *Vir. 3. aen. pro deorum dcūm, pro uirorum virūm. Poetæ his Cura frequētius utuntur. Sed tamē & in soluta oratione iam receptum est, mille nummūm, pro nummorum: & sestertiūm, pro sestertiorum.*

* Hæc syncope poetis familiaris est, qua tamen frequētius utitur & Cicero & ceteri, in eis nominibus, quæ numeros uel mēsuras significant. Priscian. lib. 7. de genituo plurali secundæ declin.

deūm.

Virg. 1. aen. It cœlo clamorq; uitūm.

DATIVVS ET ABLATIVVS

Datiuus & ablatiuus nusquam uariant, præterquā in uocibus ambo & duo, quæ datiuo & ablatiuo casu ambobus duobus dicūtur.

DE TERTIA DECLINATIONE.

Tertio ordine declinantur nomina quæ finiunt aei ol nr st x.

PHILIPPUS MEL.
FORMVLAE CASVVM:
Singulariter Pluraliter.

Nominatiuus es:uel a, si
neutra sunt.

Genitiuus is.

Genitiuus um, uel ium.

Datiuus i

Datiuus bus.

Accusatiuus em, uel im. Accusatiuus et uocat. simi-

Vocat. similis nominat. est. les nominatiuo sunt.

Ablatiuus e, uel i. **Ablatiuus similis datiuo.**

In hac declinatione, quia genitiuus alias nume-
ro syllabarum superat nominatiuum, alias pars est
in utroq; syllabarum numerus, formatio genitiu-
paulo difficultior est: sed tamen ex paradigmatis fa-
cile cognoscetur, quare eius casus formationem
estimandam ab exemplis relinquemus.

A.

In a, quæ neutra sunt, & græca, om-
nia genitiū formant assumpta syllaba tis: ut poe-
ma poematis, tragema tragematis, carcinoma car-
cinomatis.

PARADIGMA.

Singulare.

Plurale.

Hoc poema

Hec poemata

huius poematis

horum poematum

huius poematis

bis poematibus

hoc poema

hec poemata

ô poema

ô poemata

ab hoc

ab hoc poemate ab his poematibus.

Datiuos ex ablatiuos plurales in hac termina-
tione Latini etiam faciunt per tis: ut, poematis pro
poematis, epigrammatis pro epigrammatibus:
idq; usu receptum est. Veteres autem huiusmodino
mina etiam prima declinatione declinarūt: ut, hæc
schema, huius schema, apud Plautum, cuius exem-
plum suprà citauimus.

Sæpe apud Ciceronem leges, emblematis, epi-
grāmatis, torematis, peristromatis. Putat autem
quidam, hæc esse à nominatio secundæ declina-
tionis in um desinente. Vide Prisc. lib. 7. de datiuo
& ablatiuo tertiae declinationis plurali.

E.

In e neutra, faciunt genitiuos, e in is
conuersa: ut, *cibile cubilis, ouile ouilis.*

PARADIGMA.

Singulare.	Plurale.
<i>Hoc cubile</i>	<i>Hæc cubilia</i>
<i>huius cubilis</i>	<i>horum cubilium</i>
<i>hic cubili</i>	<i>bis cubilibus</i>
<i>hoc cubile</i>	<i>hæc cubilia</i>
<i>ô cubile</i>	<i>ô cubilia</i>
<i>ab hoc cubili</i>	<i>ab his cubilibus.</i>

Hæc præsepes, huius præsepis, ueteres dixerunt.
Nunc hoc & præsepe dicimus, & in singulari æn̄tw
tō esse ferè sentiunt. Pluraliter autem * præsepia
& præsepibus habet. Virg.

Ignuum fucus pecus à præsepibus arcent.

li. 6. cap. 2. *Et Columell. In stabulo sint ampla præsepiæ.*

† Antonius Mancinellus negat hoc in singulare declinari. Plautus tamen in Curc. act. 2. scen. 1. præsepiæ dixit.

* Varro lib. 1. cap. 13. præsepes laxas dixit. Item Plaut. in Rud. act. 4. sce. 3. Hic intra præsepes meas.

Et gausape in singulare aptoton est Persius plus

raliter dixit gausapa, quod tamē à nominatiuo gau-

Satyr. 6. *sapum uolunt esse. Persius:*

Iam chlamydes regum, iam lutea gausapa captas.

Horat. lib. 2. Serm. sat. 8. Gausape purpureo men-
sam perterrit, &c.

15. Satyr. *Cæpe genere neutro indeclinabiliter utuntur a-
liquando autores. Iuuenal.*

Porrum et cæpe nefas morsu uiolare, &c.

Sed tamen usitatius est, hæc cæpa, huius cæpæ, &c.

3. Fast. *et hæc cæpæ cæparum. Ouid.*

Cædenda est hortis eruta cæpa meis.

I.

Lib. 10. *In i, aptota sunt: ut, gummi, finapi,*
suntq; ferè peregrina. Inuenies tamē et sinapis no-
*minatiuo casu positum: ut apud Columell. Et fle-
tum factura sinapis.*

Plautus in Pseudol. act. 3. scen. 2. Teritur sinapis
scelerator.

O.

*Quæ do uel go finiunt fœminina,
genitios*

genitiuos faciunt, o in i mutata, & adiecta syllaba
nis: ut, *hæc hirundo hirundinis, alcedo alcedinis.*

Sic enim & Priscianus declinat, tametsi deriuatum Lib. 6.
alcedonia o retinet. Hæc filigo filiginis, imago inis.

P A R A D I G M A.

Singulare. Plurale.

<i>Hæc imago</i>	<i>He imagines</i>
<i>huius imaginis</i>	<i>harum imaginum</i>
<i>hic imaginis</i>	<i>his imaginibus</i>
<i>hanc imaginem</i>	<i>has imagines</i>
<i>hæc imago</i>	<i>hæc imagines</i>
<i>ab hac imagine</i>	<i>ab his imaginibus.</i>

His similia sunt, *ordo ordinis, cardo cardinis,*
margo marginis. Cupido, quod cupidinis facit, tam
proprium, quam appellativum.

Cætera in o desinentia, pleracq; o re-
tinent in obliquis, & genituum assumptanis fa-
ciunt: ut, *legio legionis, ardelio ardelionis, ligo li-*
gonis, prædo prædonis, &c.

Sic & ab edo composita: ut, *unedo unedonis, co-*
medo comedonis, &c. Lucil.

Viuite lurcones, comedones, uiuite uentres.

Satyr.lib. 5.
citâte No-
nio Marcel
lo.

P A R A D I G M A.

Singulare. Plurale.

<i>Hic ardelio</i>	<i>O longū est,</i>	<i>Hi ardeliones</i>
<i>huius ardelionis</i>	<i>præterquam</i>	<i>horum ardelionū</i>
<i>hic ardelioni</i>	<i>in gētilibus,</i>	<i>bis ardelionibus</i>

f *z* *hunc*

Lucanus ta hunc ardelionē ut sunt, Ma- hos ardeliones
 men produ ô ardelio cedonis, Van ó ardeliones
 xit lib. i. Lō ab hoc ardelione gionis, &c. ab his ardelionib.
 gisq; leues
 — annis. Excipiuntur, homo hominis, quod tamen uetus
 Saxones in stissimi etiam homonis dixerunt: ut Ennius,
 Vulturis in syluis miserum mandebat hominem.

Act. 3. scen. Nemo neminis . Plaut. in Capt. Nemini misereri
 5. certum est, quia mei nemo miseret. Turbo turbinis.

Turbo uiri proprium, Turbonis facit. Horat. li.
 2. Serm. sat. 3. Rides Turbonis in armis Spiritum.

Anio anienis, fluuij nomen. Nam antiquissimi
 etiam + Anien nominatio dixerunt. Ouid.

lib. 14. Met. Aut Anienis aquæ, cursuq; breuissimus Almo.
 + Statius lib. i. Sylu. Quas præceps Anien, atque
 exceptura natatus Virgo iuuat.

Et caro, quod carnis facit: quia olim & nomina
 Lib. 6. tiuus huius carnis fuit, ut Priscianus indicat.

Pondo neutrum est, indeclinabile, singularis &
 pluralis numeri, ut suprà docuimus.

III. Propria in o fœminina, regu-
 lariter Latini declinant. Hæc Iuno, huius Iuno-
 nis, huic Iunoni, &c.

Quintil. lib. i. cap. 9. Neq; Calypsonem dixerim,
 ut Iunonem. quamquam sicutus antiquos C. Ca-
 sar, utitur hac ratione de clinandi: sed authorita-
 tem consuetudo superauit.

Veteres etiam græca in o eodem modo declina-
 runt: ut, hæc Sappho Sapphonis. Verum usus obti-
 nuit,

nuit, ut græca declinatione græca flectantur: ut,

Hæc Sappho	ἡ σαπφὼ
huius Sapphonis	τῆς σαπφῶς
hic Sapphō	τῷ σαπφοῖ
hanc Sapphō	τῇ σαπφῷ
ó Sapphō	ὦ σαπφῷ.
ab hac Sappho.	

C.

In c duo sunt, hoc lac, & hoc halec.

Declinantur autem hoc modo:

Hoc lac	Plautus &	Hoc halec
huius lactis	hoc lacte	huius halecis
hic lacti	nominati-	hic haleci
hoc lac	uo casu di-	hoc halec
ó lac	xit. †	ó halec
ab hoc lacte.		ab hoc halece.
plurale desideratur.		Desideratur
nam lactes plurale, à		& bic plu-
nominatio lactis.		rale.

† In Me-
næc: act. 5.
sce. ult.

Nec lacte
lacti simili-
us. idem in
Milit. act.
2. scen. 2.
Tā simile,
quām lacte
lacti est.

A L.

In al, is adiūciunt nominatio, ha-
bentq; longas penultimas: ut, animal animalis.

PARADIGMA.

Singulare. Plurale.

Hoc uectigal	Hæc uectigalia
huius uectigalls	horum uectigalium
hic uectigali	bis uectigalibus

f 3 hoc

hoc uectigal	hæc uectigalia
ô uectigal	ô uectigalia
ab hoc uectigali	ab his uectigalibus.

Epig. 80. *Salsalis, priorem breuem habet. Catull.
Nulla in tam magno est corpore mica salis.*

Penultimā Sic & peregrina:ut, Annibal Annibalis, Adher corripiunt, bal Aðherbalis, &c.

E L.

In el duo sunt, mel & fel. Declinantur sic:

Hoc mel	Hoc fel
huius mellis	huius fellis
buic melli	buic felli
hoc mel	hoc fel
ô mel	ô fel
ab hoc melle.	ab hoc felle.
Pluraliter, hæc mella. Genitiuus,	Hoc pluralibus casibus prorsus omnibus caret.
datiuus & ablatiuus	
desiderantur.	

De peregrinis nihil attinet præcipere. Vsus fe-
cit, Daniel Danielis, Michael Michaelis, &c. pe-
nultima longa.

I L.

In il, is adiiciunt nominatiuo:ut, ui-
gil uigilis, mugil mugilis,

EXEM.

EXEMPLVM.

Singulare.	Plurale.
Huc pugil	Hi pugiles
huius pugilis	horum pugilum
huic pugili	his pugilibus
hunc pugilem	hos pugiles
ó pugil	ó pugiles
ab hoc pugile.	ab his pugilibus.

Nihil, quod & per contractionem nil dicitur,
indeclinabile est.

O L.

In oī, unum est latīnum, sol, quod
declinatur hoc modo:

Hic sol	&	Hi soles	
huius solis		his solibus, cum abusuè pro die	
huic soli		accipitur: ut, Cantādo longos me-	Virg. 9.
hunc solem		mini me condere soles.	eclog.
ó sol.			

Habet etiā in propria significatione interdū plu-
rales casus. Cic. li. i. de Diui. Cū duo uisi soles, &c.

V L.

In ul, genitium per ulis faciunt.
Hic consul consulis, penultima breui.

EXEMPLVM.

Singulare.	Plurale.
Hic consul	Hi consules
huius consulis	horum consulum
	f 4 huic

huic consuli his consulibus
 bunc consulem hos consules
 ô consul ô consules
 ab hoc consule. ab his consulibus.

A M.

In am, unum est, nequam, quod
 àn̄l̄it̄or̄ est.

E M.

Tantundem, generis neutri, solum genitiuum de
 se parit, tantidem, penultima longa.

Totidem, plurale, generis omnis, àn̄l̄it̄or̄ est.

A N.

In an, græca sunt omnia, & is nomi
 natiuo apponūt: ut, Pæan Pæanis, Titā Titánis, etc.

PARADIGMA.

Singulare. Plurale.

Hic Pæan	Hi pæanes
huius pæanis	horum pæanum
huius pæani	his pæanibus

Virg. 6. Ac. bunc pæana: ut, Lætū hos pæanas
 ô pæan pæana ca- ô pæanes
 ab hoc pæane nētes. ab his pæanibus.

Pan Panos genitiuo facit, græca terminatione,
 † ut à geni idq; differentiæ causa. †

tiuo Panis distet. Notat hoc loco * Priscianus & Euan, quod, ut
 * lib. 6. ipsi placet, genitiuum Euantis facit. ut apud Virg.

Illa chorum simulans, Euantis orgia circum

Ducebat,

Ducebat, &c. Aen. 6. Sed ego pro participio Euani
tis hic accipio, cuius singulare foret Euans. idq; e-
tiam quantitas syllabæ postulat, ut sit euantes, pro Bacchâtes
euantes, antiqua diphthongo dictum, quod & Ser Phrygias,
uio probatur.

E N.

In en latîna, is adiçit nominatiuo,
& e in i mutant: ut, lumen lumenis, numen numinis.

EXEMPLVM.

Singulare.	Plurale.
Hoc numen	Hæc numina
huius numinis	horum numinum
huic numini	bis numinibus
hoc numen	hæc numina
ô numen	ô numina
ab hoc numine	ab his numinibus.

Græca pleraq; e retinent, & penultimam producunt: ut, lichen lichenis, mentagra latinè. Mart. lib. ii. Epi.
Nec triste mentum, sordidi ue lichenes.

97.

Siren Sirenis, Træzen Træzenis.

Sic & ren renis, splen splenis, lien lienis.

Excepto Hymen Hymenis, quod penultimâ breuem habet. Græcè enim per ειλον declinatur, ουλον ουκένος. Hinc hymenæus hymnus, & itē deus nuptialis: Catull.

Epig. 58.

Hymen, ô Hymenæe, Hymen ades ô Hymenæe.

Quæ in in desinunt:is apponunt nominatiuo:ut, *delphin delphinis*, *Trachim Trachinis*, penultima longa. Suntq; peregrina omnia.

PARADIGMA.

Singulare.	Plurale.
<i>Hic delphin</i>	<i>Hi delphines</i>
<i>buius delphinis</i>	<i>horum delphinum</i>
<i>huic delphini</i>	<i>bis delphinibus</i>
<i>hunc delphinem & na</i>	<i>hos delphines & nas</i>
<i>ó delphin</i>	<i>ó delphines</i>
<i>ab hoc delphine.</i>	<i>ab his delphinibus.</i>

Quanquam in his nominibus casus plurales, praeter nominativum, accusativum & uocativum, rari atq; inusitati sunt.

Eodem autem modo declinantur, quæ in yn per ypsilon desinunt:ut, *Phorcyn Phorcynos*, *Gortyn Gortynos*, penultima longa. ut apud Homerum, *θευος*, *ά. φόρηνος θυγάτης*.

O N.

Sunt & hæc peregrina, quæ in on desinunt, uarieq; genitiuos formant. quædam enim per ontis declinatur, ut *Xenophon ontis*: quædam per onis, ut *Simon Simonis*, *Damon Damonis*, etc.

REGVLA I.

In on propria, præcedente ó uelp aspirata, genitiuos per ontis faciunt:ut, *Laocoön onis*,

ontis, Demophoon omis, Xenophon ontis, &c.

Sic et à Leon composita: ut, Demoleon omis,

Et à Medon: ut, Laomedon omis, &c.

Et quæ alia participiorū græcorum formam habent: horizon zontis, Vcalegon gontis, Phaeton totis, Phlegetontōtis, Acheron rōtis, Charō rōtis.

PARADIGMA.

Singulare.

Hic Phaeton

huius Phaetontis

huic Phaetonti

hunc Phactontē & ta-

ó Phaeton

ab hoc Phætonte.

Plurale.

Hi Phætones

hos Phætones & tas

ó Phætones. Cæteri ca-

sus in usu non sunt.

Excipe Typhon, quod Typhonis facit. Tametsi
 & alia huius formæ per onis declinata reperias,
 sed latine, à nominibus in o uidelicet: ut, Demipho
 Demiphonis, Ctesipho Ctesiphonis, Antipho Anti-
 phonis, &c. apud Terent.

In Adel-
phis &
Phorm,

II.

Cætera in on, genitiuos per onis fa-
 ciunt: ut, canon canonis. dæmon dæmonis, &c.

Sed ex his penultimam breuem habent,

I. Propria, quæ a ueli longum ante
 o habent: ut, Machaon Machaonis, Amphion Am-
 phonis. Sic et Actæon Actæonis, Pæon Pæonis, o
 breui. Orion tamē Orionis facit, tam lōga quam
 breui;

breui penultima, apud poetas: ut, Nitidumq; Orio
8. Meta- nis ensem, apud Ouid. Et, Armatumq; auro cir-
mor. cum spicit Oriona. Aeneid. 3.

II. Verbalia & comparatiua: ut, de
mon dæmonis, icon iconis, Memnon Memnonis,
Arion Arionis.

III. Gentilia, & propria quæ dese
gentilia pariunt: ut, Lacedæmon Lacedæmonis,
Amazon zonis, Auson sonis, Mæon Mæonis, &c.

Excipiuntur tamen hinc quædam: ut, Lacon La-
conis, Sidon Sidonis, Nasamon monis, quæ o lon-
gum habent. ut & Vectones, Vascones, & similia,
quæ latinorum exemplo apud poetas producūtur.

IV. Polysyllaba in don, preceden-
te e, & fæminina, quæ græcè accentu in fine acuto
notantur: ut, Anthedon Anthedonis, Sarpedon Sar-
pedonis, sindon sindonis, trigon trigonis, piscis,
quam latine pastinacam uertunt.

Præterea & hæc, canon canonis, pepon pepo-
Lucan. li. 5. nis, Strymon Strymonis, fluuij nomen, à quo Stry-
Strymona moniæ grues dicuntur.
sic gelidū

bruma pel- Et à χθὼν cōposita: ut, Erisichthon thonis, Da-
lente relin masichthon thonis. Quibus similia & alia fortassis
quant Po- inuenies, quæ usus & frequens lectio suppeditabit.
turae te Ni-

le grues. Reliqua uero penultimam pleraq; producunt:
ut, Phædon donis, Zenon nonis, Eetion onis, He-
phæstion onis, Helicon onis, Cithæron onis, & si-
milia,

milia, quæ uel patronymicorum, uel denominatiōrum, uel diminutiōrum, aut etiam ~~comprehensiōnē~~ formam habēt. Item locorū propria, & dissyllaba priorem breuē habentia, & postea lysyllaba, in quib. a uel i breue o antecedit. Sed de *λαχθωρ*, his diligentius præcipient Græci, sine quorum cognitione rectè percipi hæc uix possunt.

* quæ in se ipso cōpre hendunt a- liquid con tentum, ut *ευπελάρη*.
Vide Micyl lum li.2. de Re metri- ca.

PARADIGMA.

Singulare	Plurale.
-----------	----------

Hic canon	Hic canones
huius canonis, o breui	horum canonum
huic canonī	bis canonibus
hunc canonem	hos canones
ō canon	ō canones
ab hoc canone.	ab his canonibus.

Sic & hic Phædon, huius Phædonis, huic Phædoni, hunc Phædonem, &c. o producta.

AR.

In ar, is adiiciunt nominatiōis: ut, torcular torcularis, puluinār puluinaris.

Excipe far, quod facit farris, rr geminato.

Prisc.lib.5.Far farris differentiæ causa asciscit alterum r in genitiōne: ne si faris dicamus, putetur à for faris uenire.

Et epar epatis, quod originem suam sequitur: græcè enim ἡπάτη πάτητος declinatur.

Longam autē habent penultimam
substan-

substantia neutri generis deriuata: ut, laquear la-

lib. 6. Aen. queāris, calcar calcāris, &c. Virg.

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

*Reliqua brevia sunt: ut, nectar nectaris, iubar iu-
baris, Cæsar Cæsaris, lar laris.*

Lar propriū, Lartis in genituo facit. Liuius lib.
2. Dec. 1. Tarquinij ad Lartem Porsenā Clusinū
regem profugerant. Cicero tamen in 9. Philipp. in
nominatiuo Lartes dixit: Lartes Tolumnius, rex
Veientium, &c.

Habet & Nar Naris, a longum, fluuij nomen.

6. Annaliū, ut apud Ennium:

ut Pris. lib. Sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.

6. citat. Par, nominatiuo casu, a longum habet, in oblī-
lib. 2. Serm. quis correptum. ut Horat.

satyr. 3. Ludere par impar, equitare in harundine longa.

8. eclog. Et Virg. Numero Deus impare gaudet.

P A R A D I G M A.

Singulare.

Hic Cæsar	Hoc calcar
huius Cæsaris, a breui.	huius calcaris, a longa.
huic Cæsari	huic calcari
hunc Cæarem	hoc calcar
ô Cæsar	ô calcar
ab hoc Cæsare.	ab hoc calcari.

Plurale.

Hi Cæsares	Hæc calcaria
horum Cæsarum	horum calcarium

his Cæsaribus	his calcaribus
hos Cæsares	haec calcaria
ó Cæsares	ó calcaria
ab his Cæsaribus.	ab his calcaribus.

E R.

In er, is assumunt in genitivis: ut,
agger aggeris, carcer carceris, mulier mulieris, penultima breui. Martial. li. 1. Amethystinasq; mulier Epig. 64. rum uocat uestes. Scazon est, habens quarto loco iambum.

EX CIPIVNTVR.

I. Adiectiua in ber, cer, & ster desinentia, abiect: i e, assumunt is, pari: us cum nomina tio syllabis: ut, *alacer alacris, celeber celebris, paluster palustris.*

Præter uber & puber, quæ analogiam sequuntur: faciunt enim uberis & puberis.

II. Substantiua inter latina, ter in tris uertunt: ut, *pater patris, mater matris, lynx lyntris, utes utris.*

Præter later lateris. Iter itineris, quod ab antiquo itiner factum est. Iupiter Iouis, ab antiquo nominatio Iouis, quo Actius & Cæcilius poetæ usi traduntur.

à Priscian.

Accipiter accipitris usitate, & accipiteris facit: lib. 6.
quemadmodum & Opiter, Diespiter, Marspiter,
& similia, autore Prisciano.

Vide

Vide Gellium lib.5.cap.12.Iouis Diespiter appellatus,id est,diei & lucis pater.

III. Imber,cum ijs que ab eo fiunt, imbris genitiuo facit.Sic September Septembris, i in e uersa, October Octobris,&c.

Mulciber,Mulcibris & Mulciberis (quod posterius tamen usitatius est) facit. Exemplum supra habes.

Græca in er,eris faciunt pleraq; e longa:ut, crateris, character characteris, stater stateris, halter halteris.

Sic & uer ueris, e longa:ut, Vere nouo gelidus, &c.i.Georg.

Aer tamen aeris, æther ætheris, e breue in oblique habent, licet nominatiui † producantur:ut, Aeneid.1. Aeris in campis,&c.Aeneid.6.Et, Fama super æthera notus.

† Lucret.lib.5.Inde mare,inde aer, inde æther ignifer ipse.

PARADIGMA.

Singulare.

Hic agger	Hic pater
huius aggeris	huius patris
huic aggeri	huic patri
hunc aggerem	hunc patrem
ó agger	ó pater
ab hoc aggere.	ab hoc patre.

Plurale.

Plurale.

H i aggeres	H i patres
h orum aggerum	h orum patrum
h is aggeribus	h is patribus
h os aggeres	h os patres
ô aggeres	ô patres
a b his aggeribus.	a b his patribus.

IR. YR.

In r, præcedente i uel y, desinentia,
is adiiciunt nominatiuis: ut, Gaddir Gaddiris, mar-
tyr martyris. Sunt autem peregrina ferè.

PARADIGMA.

S ingulare.	P lurale.
H ic et hæc martyr	H i et ha martyres
h uius martyris	h orum et harum marty-
h uic martyri	h is martyribus (rum)
h unc et hanc martyrem	h os et has martyres
ô martyr	ô martyres
a b hoc et ab hac martyre.	a b his martyribus.

Græci et ô μαρτυρ, το μαρτυρος declinant.

OR.

In or, genitios per oris faciunt, pe-
nultima longa: ut, amor amoris, color coloris.

PARADIGMA.

S ingulare.	P lurale.
H ic amor	H i amores
h uius amoris	h orum amorum

huic amori	his amoribus
hunc amorem	hos amores
ó amor	ó amores
ab hoc amore.	ab his amoribus.

I. Excipiuntur, que ob eue habent,
hæc latina, arbor arboris, aquor aquoris, marmor
marmoris, memor memoris.

Et composita à corpus, & decor antiquo adie-
ctuuo: ut, bicorpor bicorporis, tricorpor tricorpo-
ris, indecor indecoris. ut, Nec regno indecores eris

Aeneid. 7 mus, &c. apud Virg. Simplicis exemplum ex Ne-

Lib. 6. uio citat Priscian. Magnamq; domum, decoremq;
Ditem uexerant. Iambicus trimeter est, habens ter-
tio loco Anapæst.

II. Habent breue o græca pleraque,
propria & uerbalia: ut, Nestor Nestoris, Hector
Hectoris, rhetor rhetoris, &c.

Cor interposita d, cordis facit.

Ador apud posteriores Latinos indeclinabile
mansit. Vetustissimi autē etiam hoc ador, huius a-
doris, tam longa quam breui penultima dixere. ut

Lib. 6. in ijs uersibus, quos Prisc. ex Gannio quodā poetā

Lib. 3. citat: Emicat in nubes nidoribus ardor adoris. &

Lib. 2. Illam sponte satos adoris strauisse maniplos.

V R.

In ur, is adjiciunt nominatiuis: ut,
augura auguris, fulgur fulguris.

PARA-

GRAMMATICA.
PARADIGMA.

29

Singulare.	Plurale.
Hic uultur, hoc fulgur huius uulturis	Hi uultures, hæc fulgura horum uulturum
huic uulturi	bis uulturibus
hunc uulturem, hoc ful-	hos uultures, hæc fulgura
ó uultur gur, &c.	ó uultures
ab hoc uulture.	ab his uulturibus.

Habent autem u breue omnia huius formæ, præter fur furis, quod priorem producit.

Quædam u in o mutat, hæc uidelicet, ebur eboris, femur femoris, robur roboris, & iecur iecoris, quod & iecinoris dixerunt ueteres, à nominatiuo exoleto iecinus, ut Priscianus tradit.

Lib. 6.

A.S.

In as, abiecta s, & addita tis, faciunt genitiuos: ut, etas ætatis, bonitas bonitatis, facultas facultatis, &c. penultima longa.

PARADIGMA.

Singulare.	Plurale.
Hæc facultas	Hæ facultates
huius facultatis	harum facultatum
huic facultati	bis facultatibus
hanc facultatem	has facultates
ó facultas	ó facultates
ab hac facultate	ab his facultatibus.

Excipe as afsis, mas maris, uas uadis, propon-

g a fore;

sore:uas uasis, pro eo quod orōnos Grēcis est.

Fas & nefas ænūlita sunt.

Grēca uariant, masculina per antis
genitiuos faciunt: ut, Pallas Pallantis, gigas gigan-
tis, adamas adamantis, elephas elephantis, &c.

Fœminina & patronymica per adis:
Pallas Palladis, lampas lampadis, Ilias Iliadis, Tro-
as Troadis, &c. Sic & gentile, Arcas Arcadis.

E S.

In es masculina, siue communia, ab
iectas, faciunt genitiuos per itis, penultima breui:
ut, hic cesp̄es cesp̄itis, fomes fomitis, hic & hæc di-
ues diuitis, &c.

PARADIGMA.

Singulare.

Hic cesp̄es
huius cesp̄itis
huic cesp̄iti
hunc cesp̄item
ó cesp̄es
ab hoc cesp̄ite.

Plurale.

Hi cesp̄ites
horum cesp̄itum
bis cesp̄itibus
hos cesp̄ites
ó cesp̄ites
ab his cesp̄itibus.

Excipe quæ e retinent, eadem penultima breui:

Satius lib. 7 hebes hebetis, indiges indigetis, interpres interpre-
Theb. Trā-
filiunt cam tis, præpes præpetis, perpes perpetis. Impes, ab im-
pos auri- pete: ut, Impete uasto. Teres teretis, aries arietis, pa-
gamq; im- ries parietis.
pete uasto. Pes pedis facit, cum compositis: ut bipes bipe=

dis,

dis, triples tripedis, loripes loripedis, alipes aliipes, penultima breui.

Faciunt et genitiuos per d, quæ à sedeo nascuntur: ut, obses obsidis, præses præsidis, deses desidis, penultima correpta.

At contrà producunt penultimam hæc, hæres hæredis, præs prædis, locuples locupletis, inquies inquietis, cuius tamen obliqui inusitati ferè sunt.

Apulcius: Qua contentione et inquieti procacita= Lib. 9. de te præditus asinus, &c. Plinius substantiè usus est, Aureo asicum ait: Furiales somni, et inquieres nocturna, &c. no, in fine, lib. 14. cap. 22.

Verres, huius Verris: et uates huius uatis, fœmi ninorum analogiam sequuntur.

REGULA II.

In es fœminina, genitiuos faciunt, es in is mutata: ut, hæc nubes nubis, clades cladis, fames famis.

Prisc. lib. 6.

Fames fa-

mei dice-

bant uete-

res, unde

ad hoc fa-

me produ-

citur in a-

blatio . Iu-

uenal. sat. 5.

Mébra alie-

na fame la-

cerabant,

esse parati

EXEMPLUM.

Singulare.

Plurale.

Hæc nubes

Hæ nubes

buius nubis

harum nubium

huic nubi

bis nubibus

hanc nubem

has nubes

ó nubes

ó nubes

ab hac nube.

ab his nubibus.

Excipe, quæ masculinorum formam sequuntur,



*abies abietis, seges segetis, teges tegetis, penultima
breui. ut apud Iuuenalem satyr. 6.*

Messalina * *Ausa Palatino tegetem præferre cubili.*

Claudij u- *Significat autem rusticum & uile stragulum teges.*

xor omniū *Item hæc, Ceres Cereris, e breui.*

impudicis- sima. *Merces mercedis, quies quietis, penultima longa.*

tametsi cōpositum requies quinto ordine declinēt.

Lib. 4. Aen. *Virg. Tempus inane peto, requiem spaciūq; furori.
Sed Cicero in Senectute etiam t̄ requietem dixit.*

† Ut meæ senectutis requietem noscatis.

Priscianus & *apes nominatiū facit. & ad hanc
formam refert: sed tamen Ouidius apis nominatiū
casu dixit:*

Non apis inde tulit collectos sedula flores.

Et hæc apis, huius apis, Columella quoq; fecit.

Lib. 9. cap. 12. *Cum sic apis euadit uestibulū ed
Apis ille sanctus Aegyptiorum bos, ut Cicero lib.
1. de Nat. deor. inquit, in genituō Apidis facit.*

Aes, quod neutrum est, æris genitium facit. Por

Lib. 6. *rò Priscianus & alij hæc in es desinentia, quantita-
te distinguunt: ac masculina quidem, & crescentia
in obliquis, sub es breue, fœminina autem & equi-
syllaba sub es longum referunt. Habent enim es brea-
ue masculina pleraq; præter aries, paries, uerres,
uates, hæres, præs, pes & locuples. Et rursum es
longum, fœminina omnia, præter seges & teges.
Nam & Ceres, licet in obliquis e breue habeat, no-*

mina-

in nominativo tamen casu elonga ponitur. ut i. Geor.
Flava Ceres alto ne quicquam spectat Olympo.

DE GRAECIS.

In esse græca, quæ patronymicorum formam habent, item propria composita, & quæ ex eis in esse transeunt apud Latinos, pleraque paribus syllabis genitivum cum nominativo faciuntur: ut, Euripides Euripidis, Thucydides Thucydidis, Demosthenes Demosthenis, Palamedes Palamedis, Hercules Hercules, Neocles Neoclis, Achilles Achillis, Ulysses Ulyssis, &c. Nam priora, ut Euripides, &c. patronymicorum terminationem habent. Quæ sequuntur, composita sunt: ut, Δημοδεύς ex Δημός & δέος: οἰγανάς, ὥρα & λέός. Achilles autem & Ulysses grecè Ἀχιλλεὺς & οὐλυψεὺς scribuntur.

Hanc rationem & neutra hippomanes & coethes sequuntur: sunt enim & hæc ex compositorum ordine.

Cætera ferè in tis mutant penultima longa: ut, magnes magnetis, lebes lebetis, tapes tapetis.

Et propria: ut, Chremes Chremetis, Laches Lachetis, Dares Daretis, &c. Quanquam & horum inueniuntur quædam paribus syllabis declinata: ut, Chremis Chremem, apud Terent.

In And. act. 2. scen. 2. Puerum conueni Chremis.
Et act. 3. scen. 2. Chremem conueniam.

Daren, in prima declinatione, pro Daretum,

8 4 apud

Præcipi- apud Virgilium, Aeneid. quinto.
temq; Da-
ren, &c. I.S.

In is desinentia, genitiuos habēt no-
minatiuis similes: ut, collis, huius collis: piscis, huius
piscis: febris, huius febris: auis, huius auis.

PARADIGMA.

Singulare,	Plurale.
------------	----------

Hæc auis	Hæ aues
huius auis	harum auium
huic aui	bis auibus
hanc auem	has aues
ó auis	ó aues
ab hac aue.	ab his auibus.

Excipe primò gentilia: Quiris Qui-
ritis, Samnis Samnitis.

Et que in is longū desinunt: ut, lis litis, Dis Di-
tis, glis gliris, quod pro t, r accipit: quemadmodum
et uires, plurale, cuius quidā singulare uis esse uo-
lunt. Sed Priscianus ostendit, ueteres etiam plurali-

3. Histor. ut numero uis, à singulari eadē uoce dixisse. ut Silust.
citat Pris. Malè iam assuetum ad omnes uis controversiarum.

lib. 6. Et Lucretius lib. 2. Sed quām multarum rerum uis
possidet in se, Atq; potestates.

II. Que ab antiquis nominatiuis in-
erueniunt, genitiuos in eris penultima breui re-
tinerunt: ut, puluis pulueris, cinis cineris, uomis uo-
meris, cucumis cucumeris. Atque enim et puluer,
ciner,

ciner, uomer, cucumer dicebant, ex quibus uomer etiam hodie in usu frequens est.

Et *im:pubis*, quod à *puber*, siue *pubis*, ut *Cæsari* † *placebat*, *compositum est*, *impuberis* & *impubis* *genitiuo casu* *facit*. *Virg. Aen. 5. Impubis Iuli. Cic. Fi- liumq; eius impuberem, legatum à patre missum.*

† *Scripsit enim C. Cæsar libros de Analogia, ad M. Ciceronem, quorū sæpe fit mentio apud Quintil. Priscian. & Gellium: sed iam non extant.*

III. *Excipiuntur & hæc, cuspis cu- spidis, cassis cassidis, pro galea: lapis lapidis, capis capidis, antiquum, quo uas pontificale significaba- tur. ut apud Lucilium:* †

Hinc ancilia, ab hoc apices, capidesq; repertas.

Item *sanguis sanguinis: cuius tamen compositum exanguis, huius exanguis, regulam sequitur. Lucre- tius autem & sanguen nominatiuo casu dixit, neu- tro genere, ut lib. 1. — Et de*

Visceribus uiscus gigni, sanguenq; creari.

Faciunt & genitiū pollinis, à nominatiuo pol- lis, cum tamen analogia arguat nominatiuum esse pollen.

Et semis, semiſſis facit, quum ponderis nomen est, ut Prisciano placet. Quanquā & nominatiuo ca- su semiſſis dici uelint. ut in † Epistola Vatinij ad Ci- ceronem: Simul uero ſemiſſis homo contra me arma tulit. At ſenis, idem quod diuidiu, indeclinabile

Plin.lib. 20
cap. i. Cucu-
mim sylue-
ſtrē esse di-
ximus, &c.
in L. Catili-
nam orat. 4

† Lib. 9. citā-
te Prif. lib.
6.

Cic.lib. 5.
de Finib.
ex ueteri
poeta: Nō
refugiat ti-
mido san-
guen. Item
Gel.lib. 3.
ca. 7. ex Ca-
tonis origi-
nib. citat,
Sanguē de
fluxerat,
&c.

* Lib. 6.
† 10. lib. 5.
Alij legūt.
Simius ue-
rò nō ſemiſſis homo.

multima longa: ut, mos moris, ros roris, flos floris.

EXEMPLVM.

Singulare.

Hic flos
huius floris
huius flori
hunc florem
ó flos
ab hoc flore.

Plurale.

Hi flores
horum florum
bis floribus
hos flores
ó flores
ab his floribus.

Excipe dos dotis, eos cotis, nepos nepotis, sacerdos sacerdotis, custos custodis, que penultimam producunt.

Item, compos compotis, impos impotis, arbos arboris, bos bouis, penultima correpta.

Et neutrum, os oīsis, ein bein.

*Græca ex suis autoribus pete, sunt enim uaria.
Nam alia per is purū declinantur: ut, heros herois,
Minos Minois, pro quo † Salustius Minonis dixit,
quemadmodum & Cicero Athonis, à nominatiis
Li. in's Mino & Atho, ut Prisc. lib. 6 indicat.*

*† Lib. 5. Histor. Dædalum ex Sicilia profectum,
quo Minonis iram atque opes fugeret. Cicero in 3.
de Repub. Quid ergo illa sibi uult absurdā exce-
ptio, nisi quis Athonem pro monumento uult fun-
ditus efficeret?*

*Alia pertinet: ut, monoceros monocerotis, & goceros
& gocerotis, rhinoceros rhinocerotis, &c.*

*Lib. 1. Martial. Et pueri nasum rhinocerotis habent.
epig. 3.*

Rom 8

Quæ uero in iis, præcedente uocali,
hoc est, in græcam diphthogum eis desinunt, genitiuum per entis faciunt: ut, Simois Simoentis, Opois
Opoentis: & per contractionem, Opus Opuntis.

Sunt & quæ inis genitiuo faciunt:
ut, Salamis Salaminis. Sed hi genitiui à nominatiuis in ueniunt. Dicitur enim nominatiuo casu, Sa-
lamis & Salamin, Ἀλαφίς & Ἀλαφίη,

Y S.

Eodem modo & quæ in ys per ypsilon excent, genitiuos uariant. Quædam enim græcè per os purum declinantur: ut, Erinnys, nyos, nyi, nyn, ab ny. Et plural. Erinnyes, nyas, & nys per contractionē. Sic Tethys, yos, yi, yn, & similia. Quia quæ synæresin in quibusdam casibus græcè patiuntur, uulgas paribus syllabis declinat, hæc Erinnys, huius nys, huic ny, &c. Sed poetæ græcam fere declinatio- Ouid. in epist. Cana-
nem sequuntur. ces: Ferte

Alia per d genitium formant: ut, chlamys chlamydis, pelamys pelamydis: & similia, in quibus y breue est. fertis Erin-
nyes atre.

Quædam etiam per n: ut, Phorcys Phorcynis, uel os, &c. Sed & hic genitiuus à nominatiuo in yn factus est. Hæc igitur Græcorum uarietas, ex suis autoribus petenda erit.

O S.

In os, genitiuos faciunt per oris, pe-
nultima

<i>huius uirtutis</i>	<i>harum uirtutum</i>
<i>huc uirtuti</i>	<i>bis uirtutibus</i>
<i>hanc uirtutem</i>	<i>has uirtutes</i>
<i>ó uirtus</i>	<i>ó uirtutes</i>
<i>ab hac uirtute.</i>	<i>ab his uirtutibus.</i>

Excipe palus paludis, incus incudis, tellus telluris, penultima longa omnia.

Et quae in us breue exeunt: ut, Venus † Veneris, pecus pecudis, penultima breui. Variant enim cum genere & declinandi characterem: pecus, ac fœmitur, dubita ninum quidem, pecudis genitiuo casu: neutrum auctiōnem habet genitiuum pecoris, ut cætera eius generis, facit.
 Pecua captiua, dixit Liuius lib. 6. Dec. 3. Itē Platinius in Rudē. act. 4. scen. 3. Non uides me referre uidum rete sine squamoso pecu? Nam ueteres, Ptisciano teste, lib. 6. hoc pecu, hæc pecua dicebant.
 lib. 6. & 8.

R A G V L A II.

Neutra in us, mutantu, & faciunt genitiuos per oris, penultima breui: ut, corpus corporis, pecus pecoris, tempus temporis. Quibus simile & masculinum lepus leporis est.

P E R A D I G M A.

Singulare.

<i>Hoc corpus</i>
<i>huius corporis</i>
<i>huic corpori</i>
<i>boc corpus</i>

Plurale.

<i>Hæc corpora</i>
<i>horum corporum</i>
<i>bis corporibus</i>
<i>hæc corpora</i>

ó corpora

Romæ etiam pueri sunt dicaces, hoc est, cum risu aliquos incessunt.

Quedam græcam declinationem prorsus retinēnt, ut quæ in os breue desinunt neutra, ceu sunt chaos, melos, telos, & similia. Declinantur enim, τὸ μέλος, τὰ μέλεος &c. τῶ μέλει & ει, τὸ μέλος. & pluraliter, τὰ μέλεα & μέλη. Hinc cygnea mele, apud Lucret. Thessalla tempe, apud Horat. lib. i. Carm. ode 7. & Statium lib. i. Achill. & similia alia reperies. tametsi quidam poetæ etiam latina declinatione, sed certis tamē casib. huiusmodi nomina interim declinauerunt. Sic Virg. 4. Georg. dixit: Atq; chao densos diuūm numerat amores.

Chaus, chai, chao, Priscianus declinat, lib. 6.

Et *Plaut. in Capt. Horæum, scombrum, & trigona, & cetum, & mollem caseum.

V S.

Masculina in us, ad declinationem secundā magna ex parte pertinet: uerbalia & substantiua quedam, ad quartam. Fœminina autem in us longum, & neutra, huius ferè ordinis sunt.

REGVL A I.

Fœminina in us, retinent u, & genitiuos faciunt per utis, penultima longa: ut, uirtus uirtutis, iuuentus iuuentutis.

PARADIGMA.

Singulare,
Hæc uirtus

Plurale.
Hæ uirtutes

buius

*Lib. 2.

Statius ia

Achil. lib. L

Scopulo-

saō; cete-

Phin. lib. 32.

ca. i. Cetos

sexcentoru

pedum lon-

gitudinis,

&c.

*Act. 4.

scen. 2.

Græca in us circunflexum, siue contractum de-
sinentia, per ut declinantur: ut, Trapezūs Trape-
zuntis, Hierichūs Hierichuntis, Amathus Amath-
untis, &c. Ouid.

10. Metam. Piscosamq; Gnidon, grauidāq; Amathūta metallis.
A πὸς autem composita, in hac declinatione, geni-
Mart.lib.10 tiuum per dis, præcedente o, faciunt: ut, Oedipus
Qui legis Oedipodis, polypus polypodis. Facit enim τὸν
Oedipodē, græcè ποδός.
&c.

Plaut.in analogiam sequuntur: ut, Oedipus Oedipi, poly-
Pœnul. Act.1.sce.3. pus polypi.

Illi oratio-

ni Oedipo
opus est cō
iectore.

A V S.

In aus, duo sunt: ut, laus, quod lau-
dis facit: & fraus, quod fraudis.

B S.

In bs, genitiuos faciunt, interposita
i inter b & s: ut, Arabs Arabis, trabs trabis, chal-
lybs chalybis, plebs plebis, scobs scobis, scrobs scro-
bis, urbs urbis.

Notatur celebs celibis, quod e in i uertit in pa-
nultima.

L S. R S.

Quæ ls aut rs finiunt, abiecta s, ap-
ponunt tis nominatiuo: ut, puls pultis, ars artis, fors
fortis, cohors cohortis, Tyburs Tyburtis, &c.

Excipiuntur cōposita à cor, quæ simplicis con-
sonantem

sonantem seruant: ut, uecors uecordis, cōcors concordis, discors discordis, &c.

Prisc.lib. 6. Antiquissimi solebant genitiuo similem proferre in his nominatiū. Pomponius in Satyra: *Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.*

M S.

In ms, unum est, hyems, quod facit hyemis.

N S.

In ns, mutant s in tis in genitiuis: ut, amans amatis, quadrās quadrantis, lens lentis, dens dētis, mons mōtis, frons frōtis, Aruns Arūtis, &c.

Excipe glans glandis, iuglans iuglandis, lens lens, pro capillorum immundicie, niß: frons frondis, pro ramo uiridi, seu folijs. Et quod à pendo compositum est, libripens libripendis. Plin.lib.33.cap.3. Quoniam et militum stipendorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripēdes dicuntur, &c.

I I: Iens participium, et ab eo cōposita, mutant i in e: et pro e, quod est in penultima, assumūt u: ut iens euntis, rediens redeūtis, periens pereūtis, &c.

Præter ambiens, quod secundum regulam ambientis facit.

Tiryns græcum, Tirynthis facit, assumpta aspiratione:

P S.

In ps, genitiuos faciunt, interposita b i inter

*i*nter duas extremas consonantes: ut, † daps dāpis, lēlaps lēlapis, stips stipis, stirps stirpis, ops opis, inops inopis, penultima breui.

† Pris.lib.7. Sed nominatiuus frequenti non est in usu, quē Liuius Andronicus in 1. Odyss. ponit. Quæ hæc daps est? quis festus dies?

Præter seps sepis, & quæ ab ḥψ ḥπ̄os fiunt, in quibus penultima longa est: ut, Cyclops Cyclopis, Cercops Cercopis, hydrops hydropis, & conops conopis: à quo conopeum, uelum ad prohibendos

Lib.2. culices, apud Propertium.

Excipe quæ e ante ps habent, illud enim in i mutant in penultima: ut, adeps adipis, forceps forcipis, princeps principis, &c. Habentq; penultimam breuem omnia, præter auceps, quod aucupis facit.

Et cōposita à caput, quæ syllaba una supra reli quorū formā crescūt: ut, anceps ancipitis, preceps precipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, &c.

Pris.lib.6. Antiqui ancipes & præcipes & bipes proferebāt in nominatio, & sic secundū analogiam sequebatur genitiuus ancipes ancipitis, ut sospes sospitis. Plaut.in Ruden. act.3.scen.3. Scelestus sacerdotem anum præcipem reppulit.

Græca, Gryps & Cinyphs, aspirationē assumūt.

Eclog.8. Facit enim Gryps Gryphis, penultima lōga. Virg. Iungentur iam gryphes equis, &c. Cinyphs Cinyphs, eadem syllaba breui. Idem: Cinyphij tondent hirci, &c.

PARA

PARADIGMA.

Singulare.

Dens	Seps	Princeps
dentis	sepis	principis
denti	sepi	principi
dentem	sepem	principem
ô dens	seps	princeps
à dente	à sepe	à principe.

Plurale.

Dentes	sepes	principes
dentium	sepium	principum
dentibus	sepibus	principibus
dentes	sepes	principes
ô dentes	sepes	principes
à dentibus	à sepibus	à principibus.

T.

In t, unum est, caput, quod sic declinatur:

Singulare.

Plurale.

Hoc caput	Hæc capita
huius capit is	horum d apitum
huic capiti	bis capitibus
hoc caput	hæc capita
ô caput	ô capita
ab hoc capite.	ab his capitibus.

Sic et sinciput sincipitis: tametsi huius obliquos
 non facile inuenias. et occiput occipitis. Per. Satyr. n.
 Occipiti cæco posticæ occurrite sanne.

h 2

Plinius

Plinius & Celsus semper occipitum dicunt in nominatio.

A X.

In ax desinentia, faciunt genitiuos,
x in cis mutata: ut, audax audacis, fornax fornacis,
pax pacis, &c.

P A R A D I G M A.

Singulare.

Hæc fornax

huius fornacis

huic fornaci

hanc fornacem

ó fornax

ab hac fornace. Adie-

ctiuæ & i faciunt: ut,

ab audace uel audaci.

Plurale.

Hæ fornaces

harum fornacum

bis fornacibus

has fornaces

ó fornaces

ab his fornacibus.

Neutra pluralia, i.e:

ut, hæc audacia.

Habent aut penultimas lōgas latina omnia, pra-
Lib. i, Aen. ter fax facis. Virg. Iamq; faces & saxa uolant, &c.

Peregrina ferè corripiuntur: ut, abax abacis, co-
rāx coracis, colax colacis, dropax dropacis, un-
guenti genus. Martial.

li.3.epig. 32 Psilotro faciemq; lauas, & dropace caluam.

Styrax styracis, smilax smilacis, & similia.

Ouid. 4. Metamor. Et crocon in paruosuersum
cum smilace flores.

Exceptis, Phœax Phœacis, thorax thoracis.

3. Aen. Thrax Thracis. Virg. Thraces arant. Syphax Sy-
De bello phœacis. Claudianus corripuit:
Gildonic.

Compu

Compulimus durū Syphacem, fractumq; Metelle
 Traximus, &c. Iuuenalis Latinorū exemplo pro- Satyr. 6.
 duxit: Tolle tuum precor Annibalem, uictumq; Sy
 phacem. Sic et arctophylacis, Manilius. nisi si quis Lib. i.
 hanc ēnīācīū dicere magis uelit.

Harpax harpagis facit, breui penultima: seruat
 enim consonantem præteriti eius, à quo descendit.

Hinc harpagare uerbū, quo Plaut. usus est in Aul.

Act. i. scen.

4. Aurū mi
 hi intus har
 pagatū est.

Cicero pro
 Milone: La

tronī quæ
 potest offer
 ri iniusta
 nex?

E X.

I. In x monosyllaba, x in cis mutant
 genitiuīs: ut, sex fecis, nex necis, &c.

PARADIGMA.

Singulare. Plurale.

Hæc sex	Hæ feces
huius fecis	harum fecum, in usitatē tamē,
huic feci	bis fecibus
hanc fecem	has feces
ô sex	ô feces
ab hac fece.	ab his fecibus.

Excipe rex regis, lex legis, grex gregis. Hæc e-
 nim uerbis in go cognata, consonantem eandem re-
 tinent.

II. In ex polysyllaba, genitiuos per
 icis faciunt, penultima breui: ut, pumex pumicis, si-
 lex silicis, culex culicis, murex muricis.

Sic et adiectiva, simplex simplicis, duplex du-
 plicis, supplex supplicis.

b s Et que

*Et quæ à facio deriuantur: ut, aurifex aurificis,
carnifex carnificis, opifex opificis, pontifex pon-
tificis, &c.*

PARADIGMA.

Singulare.

Hic codex
huius codici
huic codici
hunc codicem
ô codex
ab hoc codice.

Plurale.

Hi codices
horum codicum
bis codicibus
hos codices
ô codices
ab his codicibus.

*Excipe remex remigis, i breui, supelle-
ctilis. nam ex nominatio supellectilis dixerunt ue-
teres.*

Cato: Si posset auctio fieri de artibus tuis, quæ
supellectilis solet.

*Senex senis, quod antiqui etiam senecis dixere.
Hinc diminutium senecio.*

Plaut. in Cistell. Datores bellissimi uos nego-
tiosi senecis soletis esse. citante Prisciano lib. 6.

Veruex ueruecis, media longa.

Satyr. 4. *Vibex uibicis, quod longa penul. posuit Persiuni*
 Negat illū *Siputeal multa cautus uibice flagellas,*
 uirū bonū *Ne quicquam populo bibulas donaueris artes.*
 dici, quigra *Respue quod non es, tollat sua munera cerdo.*
 uib. usui is *Tecū habita, & noris quām sit tibi curta supellex.*
 debitores *Exlex primitiū sequitur, tametsi obliquos eius*
 afflit. *uix inuenias.*

Cicero pro Cluen. Non quod illi Syllam exlegem esse putaret.

IX.

I. In ix adiectiva, uerbalia, & fœminina faciūt genitios per icis, penultima longa: ut,
pernix pernicis, uictrix uictricis, struix struicis,
pro extre^{ctio}nē. Plaut. in Menach. Tantas stru-
ces concinnat patinarias. Senarius est.

Item, cornix cornicis, lodix lodicis, perdix per-
dicis, pristix pristicis, &c. Cicero in Arato:
Inter pristicem fusæ sparsæq; uidentur.

Act. i. sc. 3

PARADIGMA.

Singulare.

Hec cornix
huius cornicis
huic cornici
hanc cornicem
ó cornix
ab hac cornice.

Plurale.

Hæ cornices
harum cornicum
his cornicibus
has cornices
ó cornices
ab his cornicibus.

Neutra
cia faci
unt: ut,
hæc fe-
licia.

Adiectiu*i* & e faciunt: ut, à felice uel felici.

Excipiuntur quæ penultimam corripiunt, pix
picis, filix filicis, larix laricis, salix salicis.

Et hyperdissyllaba pleraq;: ut, appèdix appen-
dicis, coxendix coxendicis. Serenus:

Cap. 37.

Sæpius occultus uicta coxendice morbus.

Loquitur de scia, & morbo articulari.

Antiqui e-
tiā ninguis
dicebant,

Strix strigis facit, nix niuis.

II. Masculina in ix, icas genitiuo fa-
ciunt, sed penultima breui:ut, hic fornix fornicis,
uarix uaricis, ein überbein. hic histrix histriceis, a-

Eclog. 6. pud Calphur.

Venit et hirsuta spinosior histrice barba.

Græcorum magna uarietas est. Phœnix Phœni-
cis facit, penultima longa. Sic et spadix spadicis,
quod folium palmae significat, et colorem eius fo-

3. Georg. lij, kestenbraun. Virgil.

Spadices, glaucijs, color deterrimus albis.

Contrà corripiunt penultimā, Cilix Cilicis, gen-
Satyr. 4. tile. Juuenal. Sic pugnas Cilicis laudabat et iclus.

λύλιξ λύλινος, quod latine calix dicitur, uina
conuersa.

Quædam etiam per g obliquos faciunt: ut, ma-
stix mastigis, penultima longa. Homer. Iliad. 6.
Ηεγδε μαξιγι θωῶς ἐπεμαίεται αὲρ ἵππος.

Flagellum significat. Vnde Homeromastix, id est,
insector Homeri. Sic Zoilus uocabatur, quem in
Olympijs de monte præcipitem deiecerunt Græci,
† lib. 14. ca. propterea quod Homero maledixerat.

20. Diligen-
tiores ad-
miscent ni-
gram masti-
chen. μαξιχη autem, τῆς μαξιχης, gummi, quod uul-
go mastix dicitur, † Plinius et * Dioscorides ma-
stiche nominatiuo casu dixerunt, habetq; penulti-
mam breuem, nec pertinet ad hanc declinationem.

* li. 1. ca. 90.

υπερινη μαξιχη.

YX.

Quæ uero ypsilon ante x habent,
geni-

genitiuos in gis pleraq; formant: ut, Phryx Phrygias, S'yx Stygis, penultima breui. Sic & Iapyx Iapygis, gentile, & uenti nomen. Ortyx Ortygis, unde Ortygiæ nomen. Et Oryx Orygis. ut apud Plinius lib. 8. cap. 53. Sunt & Oryges, Soli à quibusdam dicti, contrario pilo uestiti.

Excipe que y longum habent, bombyx bombycis, eim seider. & worm. Ceyx Ceycis, proprium. Sandyx sandycis, coloris genus, berckrodt. Propert. Illaq; plebeio, uel sit sandycis amictu.

lib. 2. eleg.

Item Naryx Narycis, quod breuem penultimā habet, loci nomen apud Stephanum: à quo Narycius, a. um. ut apud Virgil.

26. ad Cynthiam.

3. Aeneid.

Hic & Naryciū posuerunt moenia Locri.

Et Bebryx, quod Bebrycis, nunc lōga, nunc breui penultima facit. Longa, ut apud Silius, lib. 3.

Possessus Baccho sœua Bebrycis in aula.

Breui, ut apud Valerium Flaccum, lib. 2.

Bebrycis & Scythici procul inclemensia sacri.

Onyx, onychos facit, ch aspirata. Sic & compositum eius, sardonyx. inde sardonychen dixit Pers. Satyr. i. sius, breui penultima.

O X.

In ox, genitiuos faciūt perocis, penultima longa: ut, uox uocis, ferox ferocis, celox celiocis. Varro: Nautæ remiuagā mouent celocē, &c.

h s EX-

Singulare	Plurale.
Hæcuox	Hæuoces
huius uocis	harum uocum
huic uoci	bis uocibus
hanc uocem	has uoces
ô uox	ô uoces
ab hac uoce.	ab his uocibus.

Excipiuntur, uox noctis, & penultimam corripiunt, precox præcocis: est enim à præcoquo. & Satyr. 6. gentile, Cappadox Cappadocis. Persius in mercato rem multos seruos uendentem:
 Vende animam lucro, mercare, atq; excute solers
 Omne latus mundi, ne sit præstantior alter,
 Cappadoces rigida pingues pauiisse catasta.

V X.

In ux desinentia, x in cis mutant genitivis: ut, nux nucis, dux ducis, &c. penult. brevi.

PARADIGMA.

Singulare.	Plurale.
Hæc nux	Hænuces
huius nucis	harum nucum
huic nuci	bis nucibus
hanc nucem	has nuces
ô nux	ô nuces;
ab hac nuce.	ab his nucibus.

Sic & composita, redux reducis, tradux traduis. El

*cis. Et proprium, volux Volucis, ut quidem placet
Prisciano.*

Lib. 6.

*Excipe frux frugis, qui nominatiuus obsoletus
est. & quod penultimam genitiui producit, Pollux
Pollucis.*

A V X.

In aux, unum est, faux, quod faucis
facit.

LX. NX. RX.

Quæ consonantem ante x habent,
x in cis mutant genitiuis: ut, calx calcis, lanx lan-
cis, arx arcis, merx mercis.

P A R A D I G M A.

Singulare.	Plurale.
Hec arx	Hæ arcæ
huius arcis	harum arcium
huius arcii	bis arcibus
hanc arcem	has arcæ
ô arx	ô arcæ
ab hac arce.	ab his arcibus.

E X C I P I V N T V R.

Quæ n ante x habent, genitiuo gis faciunt ple-
raq;: ut, phalanx phalangis, syrinx syringis, sphinx
sphingis, meninx meningis. ut apud Pollu. *αὶ δὲ μή* Lib. 21.
νιγγές ἐν νούρῳ νότῳ ἵμερῷ συμπλακοῦσαι, hoce st,
meninges aut ex neruis et mēbranis cōtextæ sunt.

Coniunx, quod Phocas nominatiuo casu cōiux
scribit,

Scribit, à iugando uidelicet, genitio coniugis facit,

Composita simplicium naturam sequuntur: ut, bilanx bilancis, quincunx quincuncis, septunx septuncis, &c. Atq; hactenus de formatione genitui.

DATIVVS.

Datiuus in i desinit: ut, poema poemati. Et in hunc modum à genitio suo cadit, nec figura ulla hanc terminationē mutat: nisi quod Gra corum datiui apud poetas interdum corripiuntur,
lib. 1. Achil. *cum Latini ubiq; i longum habeant. Statius:*
Palladi littore& celebrabat Scyros honorum
Fortè diem.

ACC VSATIVVS.

Accusatiuus in em desinit: ut, sol so lem, torquis torquem,

Sed quorundam accusatiui finiunt per im: ut, turris turrim, buris burim, sitis suim, tuſſis tuſſim, apud † Catull. uis uim, peluis peluim.
† Malamq; pectore expuli tuſſim. Item Plin.lib. 20. cap. 14. Ad tuſſim efficax habetur.

Et propria: ut, Araris Ararim, quod & Arar dicitur, liat & nononiu.

Tibull.lib. 1. eleg. 7. Testis Arar, &c. Et Cæsar li. 1. Bell. Gall. Flumen est Arar.

Fabaris Fabarim, Tyberis Tyberim & Tybrim,
lib. 7. Aen. Virgil. Qui Tyberim Fabarimq; bibunt. †
† In eodē libro: Tyrrhenū ad Tybrim, & fons eis satra uada Numici.

Tigris

Tigris Tigrim, Syrtis Syrtim. Lucan. lib. 8.

Trans Pharon in medio tāgit ratis æquore Syrtim.

Charybdis Charybdim, Opis Opim, &c.

Opis, nymphæ nomen, Opim facit. Virg. II. Aen.

Velocem interea superis è sedibus Opim.

Et quæ alia uel à Græcis sumpta, uel Græcorum formam habent: ut, memphitis memphitim, putor terræ, seu grauolentia.

Maguderis maguderim, fruticis genus, siue sylphium, ut Priscianus ait: uel, ut alijs, radix sylphijs, Lib. 7. cuius succus olim laser, hodie benjoe uulgò, siue aſa dulcis appellatur.

Ab Alpis tamen, quod proprium est, & plura- liter ferè usurpatur. Latini poetæ Alpem faciunt.

Luc. li. 3. Agmine nubiferā rapto ſupeuolat Alpē.

Et Iuuenal. Opposuit natura Alpemq; niuemq;. Satyr. 10.

II. Quorundam per em & im: ut, puppis puppem & puppim, securis securem & securim. Sementis, sementem uſitatè: & fementim, apud Catonem, de Re rust. cap. 27. †

† Fementim facito ita. Columell. lib. 2. Alteram maturam per medium fementim.

Restis restem, apud Iuuenalem: ut, Descendunt Satyr. 10. statuæ, restemq; ſequuntur. Et restim: ut, Ad restim res redijt, apud Terent. Febris febrem, apud † Pli In Phorm. nium & Celsum paſſim. act. 4. sce.

† Lib. 25. cap. 4. Etiā antiqui in uino febrem de- pelli arbitrabantur. Celsus lib. 8. cap. 16. Interdum febrem

febrem uomitumq; bilis mouet.

Satyr.3. Et febrim, apud Horat. 2. Serm.

In gelida fixum ripa, febrimq; reducet.

Nauis, nauem usitatè. Virg. 1. Aeneid.

Im ualidā Ilionei nauem, iam fortis Achate, &c.

* In Adel. Qua uoce & † Liuius & * Terentius accusatiū
act. 4. sce. 5. frē faciunt: ut, Nauem ascendit, &c.

† Lib. 6. Dec. 3. Hinc cæteris terror iniectus, ut
prætoriam nauem captam uidere.

Aeneid. 1. Et nauim, quod rarius est. ut apud Virg.

Satyr. 5. itē Nauim in conspectu nullam, &c. Et apud Persiū:

Liuius li. 4. Nauim si pos. at sibi peronatus arator, &c.

Dec. 3. Na. uim in pup

pim statue- fuerunt: sed ego clauē relius dici iudico. Sic enim
bat. & Ouid. 1. Fast.

Ille tenens baculum dextra, clauemq; sinistra, &c.

* Donatus de octo partibus. Et Plautus in Mo-
stell. act. 2. scen. 1. clauim dixit.

Versus.

Buris Acha Im faciunt turris, Buris, sitis, atq; Charybdis,
iae oppidū, Tußis, uis, peluis, magudaris, atq; mephitis. (pis,
Burin ha- Et propria, ut Fabaris, Tyberis, Leucaspis, et O-
bet Ouid. 15. Meta. Si Tigrisq; Syrtisq; & in is residentia græca.
querat He Em dat & im puppis, restis, febris, atq; securis,
lisen & Bu Et nauis, cum sementi.

rin Achai- das urbes. Græcorum mira uarietas est. Quæ-
dam in faciunt accusatiū: ut, genesis γονεσιμ, The-
tis θέτις

tis ðētrī, Erinnys ēcūvū. & cetera, quæ græcē
per os purum declinantur.

Quædam a: ut, Pæan wāwā, Sidon σιδῶνα,
aer ἀέρα, rhetor πότος, Pallas wāllawā, chla-
mrys χλεύσιλα. quæ Latini per em efferrunt, ut chla-
mydem, Pallantem, rhetorem, &c.

Quædam etiam utrōq; modo, hoc est, paribus
syllabis, & imparibus: ut, Chremes χρέμεις: &
Chremem, quod Latini fecere.

Paris Paridem & Parin. Sed hanc diuersitatem
ex suis autoribus peti malim.

Obiter aut̄ hic monendi sunt pueri, neutrorum
ubiq; similes esse tres casus, nominatiuum, accusati-
uum, & uocatiuum: ut, hoc pecus, hoc numen, hoc
tribunal, &c.

VOCATIVVS.

Vocatiuus similis est nominatiuo:
Græci tamen dicūt, ô † Palla, à Pallas: ô Thebai, à
Thebais: ô Pari, à Paris, i breui. Ouid.
Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.

In epistola
Helenæ.

† Euandri filia. Virg. II. Aeneid. Non hæc ô Pal-
la dederas promissa parenti.

ABLATIVVS.

Ablatiuus regulariter per e fit: ut,
pectus à pectore, pestis à peste, clavis à clave, clas-
sis à classe, torquis à torque, rudit̄ à rude, pro uir-
ga. t ut apud Horat,

lib. I. Epist.
1. epistola.

Spectatum

Spectatum satis, & donatum iam rude quæris.

† Atq; fœmininum est. Iuuен. sat. 2. Accepta rudi-de. Adiectiuum rudi facit.

Sed tamen uariant à regula non pauca, quorum alia per i faciunt ablatiuos, alia per e & i simul.

Per i tantum faciunt ablatiuos, neu tra in e, al, & ar desinentia: ut, mare, ab hoc mari: uectigal, ab hoc uectigali: calcar, ab hoc calcari.

À sal tamen & far, sale & farre dicimus. Et

*† 8. Aen. Præneste sub ipsa, dixit † Virgil. quod * Priscianus*

** Lib. 7. proprijs peculiariter accidere dicit. Sed tamē uide*

mus ueteres et alia pleraq; eodē modo finijſſe. Plan-

act. 4. sc̄c. 3. tus in Rud. Dicunt in mare communi captos. Idē:

Mea opera, & rete, & horia, etc. pro mari et reti:

*III. Adiectua in is & er, quorum neu
tra in e desinunt: ut, fortis, ab hoc fortii: humili, ab
hoc humili: acer, ab hoc acri: saluber, ab hoc sa-
ubri, &c.*

*Non autem à pauperi, uberi, aut degeneri: sed à
paupere, ubere, degenere, siue quod neutrīs carēt,
seu potius quod usus uetet. Similiter & à Iuuena-
le, à Martiale, quando propria sunt:*

*III. Mensium nomina: ut, Septem-
ber, à Septēbri: Decēber, à Decembri. Iuuен. sat. 7.
Tunc par ingenio precium nunc utile multis
Pallere, & toto uinum nescire decembri.*

*Poetæ apud ueteres erant in precio, nunc uero
sunt*

sunt in summo contemptu.

Nam & ab imbri ueteres dixisse, Priscian. docet: Lib. 7.

Sic Lucretius:

Ex igni, terra, atq; anima procrescere, & imbrī. Lib. 1.

Cicero lib. 7. Epist. ad Atticum: Maximo imbrī Capuam ueni.

Recentiores tamen, ab imbre dicere maluerunt.

Ouid. Nauita quas Hydas Graius ab imbre uocat. 5. Fast.

1111. Quaecunq; accusatiūm per im
tantum faciunt: ut, sitis, sitim, à siti: tuſis, tuſim, à
tuſi: uis, uim, à ui: peluis, peluim, à pelui, &c.

Alia per i uel e promiscue faciunt
ablatiuos.

I. Adiectiua omnis generis: ut, par,
ab hoc pare: & pari, quod usitatus est. Memor, ab
hoc memore: & memori, quod item usitatus est.

Pris.lib.7. Puto ideo magis i terminacione uti
in hoc nomine ueteres, quod antiquissimi hic &
hæc memoriis & hoc memore proferebant.

Vetus, ab hoc ueterē: Cicero in offic. Veturē di- Lib. 1.
sciplina. & ab hoc ueteri.

Inops, ab hoc inope usitatē, & ab hoc inopi.

Audax, ab hoc audace & audaci.

Supplex, ab hoc supplice & supplici. Salu- In Catilina
stius: Voce supplici.

Ouid.2. Metamor. Supplice uoce rogant.

Duplex, ab hoc duplice & dupliciti. Terent. Du- In Phorm.
plexisse utier, Act. 4. sce. 2

i Triplex,

Lib.8.Aen. *Triplex, ab hoc triplice & triplici. Virg.
At Cæsar triplici inuestus Romana triumpho
Mœnia, &c.*

*Artifex, ab hoc artifice & artifici. Stat. i. Achil.
Qualiter artifici figuræ pollice ceræ,
Accipiunt formas. Sic & teres, à terete & tereti:he
bes, ab hebete & hebeti: locuples, à locuplete &
locupleti.*

Cicero de Orat.lib.3. Cuius membra sunt in o-
mni locupleti oratione diffusa. Et de Diuin. lib.i.
Locuplete autoritate ac teste.

*Vigil, à uigile & uigili. Nam & hec neutrī &
li juando iunguntur.*

*Hospes tamen, ab hospite tantum: & so-
spite faciunt.*

Superioribus autem similia sunt, & tridens, ab
Lib.2.Aen. *hoc tridente uel tridenti. Virg. Magnoq; emotati
denti Fundamenta quatit. Potest enim hoc trium ge-
nerum esse. †*

† Quia, Prisciano teste, lib.7. legitur, Tridēti ha-
sta & telo. Quamuis cum Neptuni fuscinam signi-
ficat, masculino genere inuenitur.

*Anceps, ab hoc ancipite uel ancipiti. Cōcors, ab
hoc cōcorde uel cōcordi. & quæ his cognata sunt.*

*Item Arpinas, ab hoc Arpinate uel Arpinati.
Fulginas, ab hoc Fulginate uel Fulginati, et similia.*

*Pro Vare. Cicero pro Cluent. Ex municipio Aletrinati. Et &
ut citat Pii libi idem: Ruffus fuit à municipio Fulginate.
scianq.lib.7.*

II. Comparatiua in or & us: ut, maior, ab hoc maiore & maiori: melior, ab hoc meliore & meliori, &c.

III. Verbalia in trix: ut, uictrix, ab hac uictrice & uictri: ultrix, ab hac ultrice & ultrici. Sed hæc tum adiectiuè usurpatæ, & cum nau

tris iunguntur. ut apud Lucanum: Lib. 11.

In sua uictri: conuersum uiscera dextra.

Nam substantiuè usurpata, non facile in i ablatis admittunt: ut, ab hac obstetricie, ab hac nutrice.

IV. Substantiuia in c̄tis, mnis, gnis, guis, & uis pleraq; ut, uectis, à uecte uisitatiè, & uecti apud Terentium in Eunuch. ut, In medium huc Act. 4. sc. 7 agmen cum uecti donax, &c.

Annis, ab amne & amni. Lucan. Amne citato. Lib. 6.
Virg. Prono rapit alueus amni, &c. 1. Georg.

Ignis, ab igne & igni: ut, Et cæco carpitur igni. Aeneid. 4.

Anguis, ab angue & angui. Horat. 1. Epist. Epist. 18.

Textam cane peius & angui Vitabat chlamydem.

Vnguis, ab ungue, quod uisitatius est: & ungui, apud eundem: Acuto ne secer ungui.

Ciuis, à ciue & ciui. Cic. pro Sest. Quòd ausus esset pro ciui, pro benemerito ciui. Et Philipp. 6. Sed in principe ciui non est satis.

Auis, ab aue & aui. Horat. 1. Carm. * Mala ducis aui domum, Quam multo repetet Græcia milite.

Quanquam in posterioribus his ablatis in irario-

lib. 1. Epist.
epist 20.

Idem in 3.

Off. Nā es-
se pro ciue,
qui ciuis
non sit.
*Ode 15.

i 2 res sunt;

*res sunt: ut, ex à posti, pro poste. cuius exemplum
apud Ouid. s. Metamor. legitur:
Raptaque de dextro robusta repagula posti,
Obibus illisit, &c.*

Postremò faciunt bifariam ablati-
uos, ea quo: nū accusatiui per em & im fiūt: ut, nauis,
à naue & naui. Terent. Naui fracta apud Andrum
insul: m, &c. Febris, febre & febri. Iuuenal.
Præterea lateris uigilis cum febre dolorem.
Et Cato ad fil. um: Ex dolore, ex febri, ex situ, &c. t

[†] Prisciano citante, lib.7. de ablativo singulari
terti e declinationis.

Virg. 3. Ae. Puppis à puppe & puppi: ut, Stans celsa in pup
Lib. 2. pi. Et Lucan. Rupta puppe minor.

6. Aeneid. Securis, à securē & securi. Virg. Seuumq; securi
Aspice Torquatum, &c. Restis, à reste, & resti.

Turri, & turri, usitatè: & à turre, quod rarius est. nam & accusatiū turrem repudiauit consuetu-

Satyr. 6. do doctorū Iauen. Statēs Collina in turre maritos.

Sic & sementis, à semente & sementi, apud Columellam lib. 2. cap. 9 †

[†] Media ferè sementi. Idem lib. II. cap. 2. Sementi facta inoccare oportet.

Supellex, à supellecstile:ut, De supellecstile legata, apud Iurecons. Et à supellecstili:ut, In instrumen-

In 6.A&.

Ver. to et supellecili C. Verris, apud Ciceronem.

Lib.2.Ser.

Strigilis, à strigili. Horat. Furtiuam mutat strigili.

fatyr.7.

Name _____

Nam & strigilim accusatiuo casu apud Nonium De indiscretis generibus.
leges.

Mugilis, quod & mugil dicitur, à mugili, apud Plinium.

Lib.9.cap.17.De mugili,& alijs piscibus.

Canalis, à canali. Statius in Epithalam. Stellæ: Lib.1.Sylu.

Fulmina.demerso trahit intemerata canali, &c.

Quod tamen sunt qui à nominatiuo canale deducunt uelint, & id genus plura fortassis, quæ diligēs lectio suppeditabit.

CASVS PLVRALIS numeri.

Nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus plurales, in cæteris generibus desinunt: in es: ut, colles, ardeliones.

Neutrorum terminatio, ut alijs etiam, a est: ut, hæc pectora, flumina, corda, &c.

Sed hic obseruabunt pueri, in ia exire ea, quorum ablatiui desinebant in i tantum, uel i & e promiscue: ut, hæc mollia, uectigalia: hæc audacia, uiétricia, &c.

Præter uetus uetera, quod tantum dicitur, non ueteria. Et comparatiua, ut sunt, meliora, grauiora, &c. ueteres tamen & † pluria & plura dixere.

† Vnde compositum est compluria. Terent. in Phor.aet.4.scen.3.Noua hic compluria. Vide Gelium lib.5.cap.21.

Et à singulari aplustre, quod nauis ornamentum significat, aplusira, & aplustria usus fecit. Cicero in Arato:

Nauibus assumptis fluitantia querere aplustra. Et in eodem Cæsar:

Vt citat Pris. in 7, Fulgent Argœ stellis aplustria puppis.

Obseruabunt & antiquam diphthongum in accusatiuis nominum, quorum genitiui sunt nominatiuo similes, item quorū nominatiui desinunt in duas consonantes: ut, acreis, omneis, salubreis, parteis, arteis, &c. Item imbreis, Decembreis, plureis, complureis, &c. Et pluralia tantum: ut, Sardeis, Tralleis, & similia.

Græci accusatiui terminatio as est:

1. Aeneid. ut, Titanas, cyclopas, crateras, &c. Virg.

Crateras magnos statuunt, & uina coronant.

Vbi & illud notandum, quod quæ græcis casibus in es uel as desinunt nominatiuo & accusatiuo,

2. Aeneid. ultimam plerunq; correptam habent: ut Virg.. Iam uero & Rutili, certatim Troes & omnes.

3. Aeneid. Et, —— Sparsasq; per æquor

Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.

DE GENITIVO.

Genitiui terminatio est um, uel ium.

Sæpe autem mediocriter literatis, nonnihil negotij hæc uarietas facit, dubit antibus, utra terminatione sit utendum. Proinde pueri diligenter assuefaciendi sunt,

Sunt ad perdicendam huius casus uarietatem.

REGULA I.

In iūm desinunt omnia, quorum ablativi finiunt siue solum, siue i & e simul: ut, igni ignium, amni amnum, utili utilium, felici felicium, uictrici uictricium, &c. cum adieciuē sumuntur. Nam nutrix substantiuum, nutricum facit. Ancipi-
ti ancipitum, tricipiti tricipitū, & quæ alia à ca-
put ueniūt. Animans animantiū, sapiens sapientiū.

Nonnunquam tamen syncope fit: ut, cœlestūm,
pro cœlestium, apud Virg. Cœlestūm uis magna iu-
bet, Aeneid. 9. Arpinatum, pro Arpinatium, apud
Ciceronem, Epist. lib. 13. Alia epistola communiter Epist. 13.
commendauit tibi legatos Arpinatum.

Excipiuntur à regula comparatiui: ut, maio-
rum, meliorum. Præter plus, quod plurium facit.

Item hæc uetus ueterum, memor memorum, ui-
gil uigilum, locuples + locupletum, supplex suppli-
cum, pontifex pontificum, artifex artificum, & si-
milia à facio composita.

Hæc differentiæ causa, ut autor est Prisc. lib. 7.
um habere putantur, propter nomina neutri gene-
ris in iūm desinentia: ut, supplicium, artificiū, prin-
cipium, sacerdotium, municipium, &c.

+ Sæpius à-
pud Cic. lo-
cupletum
leges.

REGULA II.

Quæ nominatiuum duabus conso-
nantibus finiunt, genitiuīs iūm faciunt: ut, pars par
i 4 tium,

tium, urbs urbium, falx falcium, glans glandium,
trabs trabium, merx mercium, ars artium, cohors

Lib.3. Car. cohortium, parens parentium. ut apud Horat. Dos
ode.24. est magna parentium Virtus. Sed tamen parentum
Virg.2. usitatius dicitur. Quæ syncope & in alijs quibus-
Aen. Deco ra alta parē dam crebrò fit: ut sunt, serpentum, bidentum, ruden-
tum, &c.

Exceptis, hyems hyemum: & quæ bs & ps desi-
nunt polysyllaba: ut, Arabs Arabū, celebs celibum,
princeps principum, municeps municipū, manceps
mancipum, forceps forcipum, inops mopum.

REGULA III.

Vbi pares syllabæ in nominatiuo ac
genitiuo sunt, plurales genitiui fiunt per ium: ut,
collis collium, mensis + mensium, auris aurium, ædes
*Vestarum ædium, sedes sediū. Cicero & * sedū dixit, pro Sest.
sedum tem + Ouid.8.Metam. Et quos sustinui bis mensum
plorumq; quinq; labores.

causa. Exceptis, uates uatum, iuuenis iuuenum, canis
canum, panis panum, uolucris uolucrum, cum sub-
stantiue ponitur. Et apis, à quo apum & apium a-
pud Columellam paßim legitur.

Lib.9. cap.3. Aristoteles apum genera complu-
ra demonstrat. Et paulo pòst: Iracundia notæ me-
ioris apium facile delinitur.

REGULA IV.

Faciunt ium, ea quæ in is longum
desinunt:

desinunt: ut, lis luxum, dis ditium, Quiris Quiritum, Sannis Sannitum.

Et quæ v'ura iter tantum dicuntur: ut, uires ui-
rium nanes manum, tres t'ium, sales saliu'n, pena-
tes penatum & penatum.

Præter, opes opum, proceres procerum, Luceres
Lucer'um, tertia pars ciuium sub Romulo: Celeres
celerum, equites Romuli: Lemures lemurum.

Item in as monosyllaba & genilia: ut, mas ma-
rium, as as'sium, uas uadium, Arpinas Arpinatum
& arpinatum, ut suprà.

REGULA V.

Postremò faciunt ium & hęc mono-
syllaba, os ossium, cor cordium, nix niuum, nox no-
ctium, fau faucium.

Facit & caro carnium. Nam antiqui etiam car-
nis nominatio casu dicebant.

Cætera omnia faciunt pluralem genitiū in um:
ut, poema poematum, arundo arundinum, consul
consulum, numen numinum, agger aggerum, fur fu-
rum, mos morum, miles militum, ciuitas ciuitatum:
quod tamen per syncopen dici, pro ciuitatum, Pri- Lib. 7. de
scianus existimat. Silex silicum, caput capitū, &c. genitio
plurali ter-
tiæ declina-
tionis.

Boum, à bos, anomalam est. Et alituum, pro ali
um, epenthesi fecit Poeta.

Notantur hoc loco & festorū nomina antiqua, Virg. 8.
quæ duplices genitiuos habent: ut, Saturnalia Sa= Aeneid.

turnalium & Saturnaliorum, Bacchanalia Bacchinalium & Bacchanaliorum.

D A T I V V S E T A B-
latiuus.

Datiuus & ablatiuus in bus defi-
nunt: ut, canibus, militibus, &c.

Bobus, anomalum est.

Legitur & bubus apud Plautum in Mostel. act. I.
Scen. 1. Eruom daturin' estis bubus quod feram?

Græca in ma, genitiuos, datiuos & ablatiuos ha-
bent: ut, epigramma epigrammatibus & epigra-

In Asinaria matis, poema poematibus & poematis. Plaut. Scri-
act. I. scen. 3 ptum est in poematis, &c.

Q V A R T A D E C L I-
natio.

Quarta declinatio cōtinet duaster
mīnationes, us: & u, que neutrorum est. Formam
declinationis ex paradigmate cognoscet.

P A R A D I G M A.

Singulare.

Hic fructus
huius fructus
hic fructui
hunc fructum
ò fructus
ab hoc fructu.

Plurale.

Hi fructus
horum fructuum
his fructibus
hos fructus
ó fructus
ab his fructibus.

Genitiuus regulariter us finit. Vete
rest autem etiam per uis diuisas syllabas genitium
fecerunt. Terent. in Heau. Eius anuis causa opinor, Act.2. sce.3.
quæ erat mortua.

† Priscian. lib.7. & Diomedes libro 1. de genitivo
quartæ declinationis.

Nam apud eundem, Nihil tumulti, & Nihil or- in An. act. 2
nati, pro tumultus & ornatus, antiquè dicta sunt in scen. 3.
secunda declinatione. Idem in A-
del. act. 5.
sen. 4. Hoc

DE DATIVO.
Datiuus in ui diuisas syllabas exit. fructi pro
Apud poetas tamen metu pro metui, uictu pro ui- labore ab
ctui, & similia, hanc & non omnino dicta inuenias. Vir- his fero.
gil. 1. Aeneid. Parce metu Cytherea. Et Geor. 4. Teren. in
Namq; aliæ uictu in uigilant. &c. Adel. act. 1.
sce. 1. Vesti
tu nimio
indulges.

DE GENITIVO PLU-
rali.

Patitur & in hac declinatione syncopen geniti-
uus pluralis. ut apud Virg. 6. Aeneid.. Quæ gratia
currūm Armorumq; fuit. ubi alij synalœpham fie-
ri aiunt.

DE DATIVO ET
ablativo.

Bifariam datiuī & ablatiuī finiunt in
hac declinatione. Quidā enim u in penultima ante
b habent:

b habent: ut, acubus, arcubus, artubus, lacubus, portubus, quercubus, specubus, tribubus, uerubus. Qui bus alijs addunt & partibus, & questibus, à t que stus, pro querela. Sed in talibus doctorum consuetudo obseruanda est.

¶ Nam quæ stus pro lu cro, quæsti bus facit.
Val.lib.3. cap.12.

Arcus, partus, artus, differentiæ causa ubus ha-
bent, alia uero euphonie gratia.

Verlus.

Arcus, acus, portus, quercus, ficus, lacus, arius,
V retinent, quib. & tribus & uerua et specus adde.

Cæterai ante b habent, ut manibus, genibus, flu-
ctibus, &c.

In u, singulari numero ḥπτωτα sunt: ut,

Genus te-	Hoc cornu
nus dixit	huius cornu
Liuius, lib.	huic cornu
4.Dec.5.	hoc cornu
Genus, pro	ō cornu
genu etiā	
apud Cice	ab hoc cornu.

ronē in A-	Pluraliter autem sic declinatur:
rato leges.	Hec cornua
Dicitur e-	horum cornuum
tiam toni-	his cornibus
trus. Ouid.	hæc cornua
2.Meta. Vn	ō cornua
de mouet	
tonitrus.	ab his cornibus.

Plinius tamen ceruini cornus di-
xit aliquoties, ut lib. 28. capite 11.
Ceruini cornus cinis scabritias
eodem unguine sanat.

Sic uerua, tonitrua, & simi-
lia. quanquam in plerisq; cæ-
teri casus, præter nominatio-
num & accusatiuum, admo-
dum rari sunt.

GRAMMATICA.
Q V I N T A D E C L I -
natio.

242

Vnica terminat' o c' st quinti ordinis,
es: ut, species, fides. Declinantur autem:
 Singulariter.

Hæc species
huius speciei
huius speciei
hanc speciem
ð species
ab hac specie.

E longa est in puris, id est,
uocale ante ei habentibus:
ut, materiei, progenici,
&c. in alijs breuis, ut fidei,
&c.

Pluraliter.

Hæc species
harum specierum
his speciebus
has species
ð species
ab his speciebus.

Genitiuus, datiuus & abla-
tiuus in paucis nominibus
huius ordinis usitati sunt.

Recensem-
tur autem
hæc ferè,
acies, dies,
facies, res,
species, mo-
rides, pro-
genies.

Olim ex tertio ordine quædam etiam hoc modo
declinabantur: ut: t' plebes plebei. qui genitiuus a-
pud Liuum frequens adhuc legitur.

t' Liuius lib. 6. Dec. 1. His uocibus instincta ple-
bes. Idem lib. 8. Dec. 4. Vos tribunos plebei, &c.

Est autem id quoq; obseruandū, genitiuū singu-
larē in hac declinatione cōtrahi solere, ut pro diei
dicatur die, pro fidei fide, &c. quæ rectè scripse-
ris, die & fidei, antiqua diphthōgo, ut apud Virg. 1. Georg.,
Libra

V' de Gell.
lib. 9. ca. 14

Libra dies somniq; pares ubi fecerit horas.

Salust. in Iugur. Vix decima parte die reliqua;

Et 3. Metamorph. Ouid.

Prima fide uocisq; rate tentamina sumpfit.

D E H E T E R O C L I T I S.

Hactenus analogiam proposuimus, quam pri-
ros animo complecti oportet, ut fingere ex propo-
sit is paradigmatis omnium uocum casus ac varia-
tiones possint. Est autem analogia, proportio, cum
similia inter se conuertuntur. Nomen factum est ab
αναλογίᾳ, quod significat repuio, confero, quod
uidelicet collatione similitudo deprehēdatur & ap-
pareat. Superest igitur, ut de anomalis dicamus.
Sunt enim nonnulla, in quibus usus latine loquen-
tium discessit ab analogia. *ἱμελός* Græcis & equales si-
gnificat: unde anomala dixerunt, que non qua-
drant ad regulam.

A N O M A L A, S E V D E- ficiua numero.

Masculina singularia tantum hæc ferè recensem-
tur: aer, æther, almus, alius, carcer, cestus pro cin-
gulo Veneris, limus, + mundus, penus, pul-
uis, pontus, *ros, sopor, +sol, sanguis, & uester.

* Legimus tamen rores apud Virgilium & Ho-
ratiū, roribus apud Columellam & Plinium.

+ Soles legimus, quia plures aliquando uiden-
tur esse. Liuius lib. 9. Dec. 3. Duos soles uisos.

Idē 6. Met.
Vtq; fide
pignus dex-
tras utrius-
que popo
scit.

Analogia,
ut Sergius
definit, est
ratio decli-
nationis
nominū in
ter se ex
omni parte
similium.

† Cic. lib. 4
Aca. quest.
Et aīs De-
mocritū di-
cere innu-
merabiles
esse mūdos

Q 46

Quæ eadem tribus hisce uersiculis continentur:
 Aer, sol, mundus, cum uespere, pontus, & æther,
 Sanguis, ros, alius, cum carcere, puluis, & almus,
 Et sopor, & cestus, limus, simus & penus adde.

Verum hic, ut & in cæteris deinceps, satius est
 usum cōculere. Nam & alia permulta sunt, quæ uix
 pluraliter usurpata reperias. Et rursum ex his quæ
 recensuimus, aliquando pluralia fiunt: ut soles, pro
 æstu, & pro diebus: carceres, pro septis, unde e quæ
 in certamen emituntur, &c.

Fœminina singularia tantum.

Culps, contagio, bilis, fama, fuga, fames, gloria,
 1 gaza, indoles, 2 iuuentus & iuuenta, 3 lux, 4 la-
 bes, lues, 5 mors, pestis, pubes, paupertas, plebs, pro cap. 40.
 les, salus, sitis, soboles, senectus & ta, supellex, talio,
 tabes, tußis, tellus, & uita. Virg. 6. Ac.

1 Lucan.lib. 7. Eoasque premunt tentoria gazas. Tenues si-
 3 Pluraliter legitur pro diebus, luces & lucibus. ne corpore
 Quid. 6. Fast. Post septem luces Iunius actus erit. uitæ. Teré.
 Idem: Aspicit instantes medijs sex lucibus idus. in Adel. ac
 4 Cicero 3. Off. Hunc tu quas conscientiæ labes 3. scen. 4. In
 in animo censes habuisse? spicere ui-

5 Cicero de Finib. lib. 2. Praeclaræ mortes sunt tas omnium
 imperatoriæ. Sic mortiū, mortibus, leges apud Pliniū, Tacitum, Gellium, Senecam, & alios. iubeq.

Item fides, spes, requies, & pleraq; alia quintaæ
 declinationis.

Præterea uirtutum ac uitiorum nomina: ut sunt,
 amici.

amicitia, eloquentia, pax, ueritas, pietas, iusticia.
Item, ira, amentia, auaritia, insania, perfidia, & similia, quæ ex ipsa uersiculis hisce comprehenduntur:
Vita, salus, siboles, proles, mors, gloria, tellus,
Lux, fuga, fama, lues, humus, & cum pube iuuentus,
Pauperias, plebs, gaza, fames, contagio, labes,
Talio, cum tubi, cumq; in sole, culp. i. senecius,
Et b. dis pestis, tabes, sitis, atq; expellex,
Hinc bona pars quintæ. ceu spes, requiesq; filijs,
Quæq; aliquid uitium aut uirtutem nominem agnoscit.

Sed tam inuenias ex horum quæ tā pl. ratiter elata. ut pro Rab. Post. Cicero: Nec mi pœnit mortales inimicitias, sempiternas a nictu us habere.
Lib. I. ca. 2. Et Gellius: Adolescens imanes flabat gloria.

Idem lib. 2. cap. 27. Compendio gloriarum. & Cicero pro Planco: Gloriæ disparces.

In An. act. Itē Terēt. Amantiū iræ, amoris redintegratio, &c.
3. scen. 4.

Neutra singularia tantum.

† Aeuum, album, cū de tabula prætoris dicitur
coenum, fascinum, fel, gelu, halec, iustitium, iubar, lethum, lutum, macellum, nihilum, pedum, penus, pelagus, salum, senium, solium, * solum, uer, uitrum, uulgas. Et annita, † pus, fas, nefas, & uirus.

† Ouid. lib. x. de Ponto, eleg. 4. Nulli datus omnibus. Et Plin. lib. 14. ca. 1. Tot æuis incorruptu.

† Sed pus Plinius & Celsus declinant. ut Celsus lib. 8. cap. 10. Transeundum ad medicamenta quæ puri mouendo sunt.

Versus:

* Virg. i.
Georg. Ne
saturare fi
mo pingui
pudeat
sela.

Versus:

Ver, pelagus, senium, solium, nihilumq; pedumq;
 Lethum, iustitium, fel, coenum, uulcus, &c. eum,
 Et iubar, & h. a lec, cum uitro, fascinum, & album,
 Alde gelu, atq; salu, penitus, atq; lutu, atq; macellu,
 Quicq; carent casu, uirus, pus, fas, nefasq;.

Carent preterea plurali numero metallorum no
 mira: ut, aurum, argentum, electrum, plumbum, fer
 rum, orichalcum, &c.

Electrum & orichalcum inueniuntur pluraliter
 apud Martialem & Statium.

Et quæ semina, uel alia terræ nascētia significāt
 pleraq; ut, * hordeum, eruum, triticum, ador, fœ-
 num, cordum, † crocum, cicer, oriza, conchis, &c. * Grandia

† Dicitur etiā crocus. Virg. 4. Geor. Crocumq; hordea, Vir
 rubentem. Ouid. 4. Fast. Ipsa crocos tenues, &c. gil. eclog.

Item liquidorum nomina, aliarumq; rerum, quæ s.
 uel ad mensurā, uel ad pensum pertinent: ut, oleū,
 lac, nectar, mulsum, garū, acetum, butyrū, uiscum,
 resina, pix, nitrum, † sal, piper, & similia. Dixit ta
 men Virg. 3. Georg. Idæasq; pices, & pingues un-
 guine ceras. Cuiusmodi & alia fortassis inuenies,
 sed apud poetas ferè tantum.

† Palla. lib. 12. tit. 21. Tunc sales frictos, calentes
 addi iubent. Columell. lib. 7. cap. 8. Caseus aspergi
 tur tritis salibus.

Et quæ unius rei propria ac sola sunt: ut, orcus,
 orebus, baratum, Rhenus, Albis, Corinthus, & id
 h. genus

genus alia. Atque haec singularia tantum sunt, non quidem omnia, ut supra monuimus, sed communiora. Cætera studiosus puer per se adiicit.

Vt autem singulariter quædam solum dicuntur, ita rursum pluraliter alia tantum: quæ ex ipsa, ut uulgò traduntur, subiiciemus.

Masculina pluralia tantum.

1. Cic ad Att.lib. 12. Scriptū est in tuo an-

Antes, 1 annales, artus, cani, cancelli, 2 carceres pro septis, casses, cœlites, fasces, fasti, fori pro sedili bus, inferi, superi, manes, 3 gemini, trigemini, &c. cum de ijs intelligitur, qui tales nascuntur: lares, lenali. mures, liberi: loci, cum de muliebribus intelligitur:

3 Plau. in Menæch. sce. ult. Ge minus est frater tuus. Columel.

natales, cum de genere uel familia dicitur: penates, proceres, 4 primores, pugillares: 5 sales, pro saltæ dictis: uepres, cuius tamen singulari ablativo Ouidius usus est quinto Metamor.

Aut lepori, qui uepre latens, hostilia cernit

lib. II. ca. 3. *Ora canum.*

Hūc uepre manifestū est interi-¹ mi nō pos- 2. Virg. 5. Aeneid. Ruuntq; effusi carcere currus. Item Ouid. li. 10. Metam. Et subsellijs in circo ma-

ximo: Liuius lib. I. 4 Sæpe singulariter reperitur, & natura adiecti-
fum est. Silius libro II. His super excisam primori Marte Saguntum. Gellius lib. 10. cap. 19. Si me non fallit, quod in primori pueritia legerim. Suetonius in Tiber. Assidebat in parte primori.

5 Cicero in hoc sensu, singulari crebrò utitur. ut in prima epistola ad Q. fratrem: Dicendi sal faciet q; ualuerint. Idem lib. 2. de Orat. Utilitatem fa-

lis &

Iis & urbanitatem fateamur, &c.

Et propria quædam locorum ac populorum: ut,
Gabij, Pometij, Heluetij, Parisij, & similia. Hæc
eadem uersiculis his continentur:
Liberi, & annales, natales, atq; penates,
Cancelli, cani, fasti, superi, inferi, & artus,
Manes, & lemures, cum cœlitibusq; primores,
Et cum carceribus, gemini, proceresq; laresq;
Inde pugillares, fasces, uepresq; salesq;
Atq; fori, atq; loci, & iuncti cum cassibus antes:
Et propria, ut Gabij, Locri, Veij, atq; Philippi.
Fœminina pluralia tantum.

Aedes, pro domo priuata.

Curtius lib. 5. Stabant ad fores ædis eius, in qua
rex uescebatur. Cicero pro Cluen. In eadem T. Annij
hominis honestissimi.

Vall. lib. 3.
cap. 7.

Alpes, montium nomen, quo tamen poetæ singu
lariter aliquando usi sunt.

Claudian. 3. Peneg. Stil. Exemplò frondosa fer
tur ab Alpe. Lucanus li. 1. Nunc desuper alpis Nu
biferæ colles, &c.

Ambages: antiæ, muliebres capilli, προνόμια
græcè: apinæ, pro rebus uilibus & nihil: argutiae,
blanditiae.

Cic. pro Planc. Facilis est illa blanditia popularis.

Bigæ, & quæ ab eadem origine ueniunt, trigæ,
quadrigæ, &c.

Plin. lib. 35. cap. 11. Euchrides pinxit bigam regis
cum uictoria. Item Statius lib. 1. Syl. Val. Max. li. 1.

k 2 cap. 8,

cap. 8. Pausanias in capulo gladij quadrigam habuit cælatam.

† Sæpe in singulari est à Cicerone positum. † Ceremoniæ: copiæ, pro exercitu. quanquam singulariter dixit, Et quæ sit mecum copia lusitro.

* 2. Aeneid. & Cicero ad Att. lib. 8.

Cunæ, clitæ: compedes, cuius tamen ablativo * Iuuen. sat. singulari compede, utuntur * poctæ.

4. & Horat. Crates: calendæ, quas hæc est, vocando non in epistolis.

m̄narunt. Nam nouilunio conuocabatur plebs, & pronunciabatur numerus dierum, qui ad Nonas su

Macrob. li. pereſſent: nonis enim conueniebant populares ex 1. Sat. ca. 15. agris in urbem.

Diuitiæ: diræ, pro furijs: excubia, exuia, exequiæ, feriæ, facetiæ: fauces, pro angustijs locorum.

Fores, cuius tamen ablativo singulari fore, usus lib. 1. Serm. est Horatius: accusatiuo forem, * Ouidius: nomi- Exclusus fo- natuuo † Plautus, sed plurale tamen usitatus est.

re. * Lib. 2. de Ponto, eleg. 2. Nec rigidam timidis uocibus obde forem. Idem in epist. Medeæ: Conſtitit ad geminæ limina prima foris.

† In Aulul. act. 4. scen. 5. Foris crepuit. Item Te- rent. in Adelph. act. 2. scen. 3.

Grates: groſſi, pro ficiis: genæ, sed & hoc singulariter utitur paſſim † Plinius.

† Lib. II. cap. 37. Genæ superioris, &c.

9. Aeneid. Habenæ, cuius singulari ablativo Virg. uſus est.

† Illecebrae, inducia, inferia, infidiae, inimicitiae,

chitæ

cuius singulare inimicitia apud * Ciceronem in Tu sculanis legitur.

+ Cicero pro Milone: Impunitatis spes, maxima est illecebra peccandi. Plaut. in Menæch. a. et. 2. sce. 3. Munditia illecebra est animo amantum.

* li. 4. Idem
in orat. pro
Deiot. Par
uam inimi-
citiæ culpā
relinque-
bas.

Idus, quæ à diuidendo dictæ sunt. nam in med. um mensem incident. Id uare autem, diuidere ueteribus significabat.

Literæ, pro epistola: lactes, de quibus suprà: manubiæ, minæ, nundinæ, nuptiæ, nugæ.

Nonæ, quas Plutarchus quasi Neomenias dictas putat: tunc enim prodit à coitu luna, & clarè conspicitur. Opes, officia. Plautus in Capt. Ita mihi Act. 3. scen. stolido suis os subliuere officijs.

4.

Primitiæ, + præstigiæ, phaleræ: paleæ, ut qui- dem Seruio placet. Nam Virg. i. Georg. singulari- t Quintil.

li. 4. Et hu- ius uelut

ne quicquam pinguis paleæ teret area culmos. præstigiæ

Quisquiliae, reliquiæ, salebrae. Cicero tamen, In plausum
salebra, singulariter dixit. petat.

lib. 5. de Fi-

Secundæ, τὰ ὑπόσπα græcè: sordes pro o- nibr. Hæret raculo: suppeditæ, scopæ: scalæ, tametsi scala singu- in salebra.
lari numero apud + Iureconsultum legitur: ut, Qui + Caium, in scalam sciens commodauerit ad ascendendum. Sed l. si pigno- plurale usitatus est. Salust. in Jugurt. Vnæ atq; al- re. & penult. teræ scalæ comminutæ sunt. ff. de furtis.

Tenebræ, tricæ, thermæ, uigiliæ, ualuae, & ui- k 3 res, cu-

res, cuius tamen singulare quidam uis esse uolunt,
et inter anomala referunt.

Item urbiū quædam: ut, Athenæ, Amyclæ, Baiae,
Cumæ, Phæriæ, Thebæ, Sardes, Tralles.

Versus:

Antiae, et ambages, aedes, argutiae, et alpes,
Blanditiæ, bigæq; apinæ, tricæ, atq; clitelleæ,
Copie, et excubiæ, grates, diræq; genæq;,
Et cum compedibus, ceremoniaæ, atq; salebrae,
Diuitiae, sordesq; inimicitiae, insidiæq;,
Gratesq; grossiq; facetiæ, opesq; foresq;,
Feriae, et exequiae, fauces, ualuæq; minæq;,
Litteræ, et illecebræ, lactes, nugæ, atq; tenebre.
Exuuiæ, scopæq; manubiæ, quisquiliæq;,
Nundinæ, et induciæ, Nonæ, Idus, atq; Calendæ,
Nuptiae, et inferiae, cunæ, thermæ, atq; secunda,
Vires, suppetiæq; uigiliæ, primitiæq;,
Reliquiae, phaleræ, paleæ, prestigiæ, habene,
Sortesq; scalæq; officiæ: et oppida, Thebæ,
Et Cumæ, et similes, quarū pars maxima Graiae.

Neutra pluralia tantum.

* Vide Val Arma, bellaria, castra, * quo tamen singulariter
iam lib. 4. uetus est Virg. 6. Aeneid. sed paulo alia significatio
cap. 20. ne: ut, Pomerios castrumq; Inui, et c.

Cunabula, crepundia, exta, genitalia, hybernia:
ilia, cuius singulare ile, apud † Plinium legitur.

† Lib. II. ca. 37. In homine ile infima parte, simile
suillo,

Guillo, à Græcis appellatur calon.

*Iusta, sacrificia mortuorum: + iuga, pro summi-
tatibus montium: lustra, pro stabulis ferarum: mœ-
nia, munia, magalia, mapalia.*

+ Inuenitur aliquando in hac significatione sin-
gulariter. Virg. 6. Aeneid. Hoc superate iugum.

*Pascua, substantium. Columella tamen dixit: In Lib. 7. ca. 1.
eo rure quod pascuo caret, &c.* Idem ca. 12.

*Parētalia: palearia, quæ boum sunt: præcordia,
repotia: Rostra, ubi Romæ conciones fiebāt: spon-
salia: statuæ, pro castris: tesqua, loca augurio desi-
gnata, uinacea.* Si ager fine
pascuo est.

*Præterea propria quædā: ut, hæc Cythæra, Ce-
raunia, Gargar., Artaxata, Bactra, Susa.*

*Et festorum nomina: ut, Orgia, Mysteria, Bac-
chanalia, Scenopegia, & similia.* Vide Ma-
crobiū lib.

Versus:

Illa, cum rostris, bellaria, pascua, & arma,
Exta, parentalia, sponsalia, munia, iusta,
Mœnia, uinacea, cunabla, crepundia, castra,
Et iuga, cum lustris, hyberna, repotia, tesqua,
Hinc præcordia, cum genitalibus, atq; statuæ,
Et mapalia, cum palearibus, atq; Cythæris,
Et proprijs alijs, uelut Orgia, Gargara, Susa.

Etiam in titulis pluralis numerus frequenter u-
surpatur: ut, Bucolica, Georgica, Halieutica, Chro-
nica, &c.

i. Saturn.
cap. 4.

*Quædam nomina utroq; numero declinantur,
scd diuersis generibus.*

Masculina, in pluralineutra.

Tartarus, hæc Tartara: Auernus, hæc Auerna:

9. Aeneid. Dindymus, hæc Dindyma. Virg. Ite per alta Dim-
dyma, &c. Mænalis, hæc Mænala. Ouid Menala
transieram. 1. Metamor. Ismarus, hæc Ismara. Virg.

Iuxat Ismara Baccho Conserere. 2. Geor. Maſicus,

7. Aeneid. hæc maſica. Idem: Vertunt felicia Baccho Maſi-

2. Georg. ca, &c. Taygetus, hæc Taygeta. Idem: Et uirgini-
bus bacchata Lacenīs Taygeta, &c. Cuius forme
fortassis etiam alia inuenies. Nā Latini in his Gra-
corum exempla imitati sunt, apud quos huiusmodi
nomina neutro genere usurpatūr, ad substantiuum
ōgos relata.

His similia sunt & hæc appellatiua, sibilus, hæc
sibila. Lucan. lib. 9.

Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu.

+ Varro li. Baltheus, quod & baltheum singulariter + qui-
4. de Lin- dam tradidere, hæc balthea.

gua Latini iussus & iussum, apud * Gellium, hæc iussa.

* Lib. 10. cap. 20. & Ciceronem pro Cæcinna,

Lib. 2. Supparus & supparum, hæc suppura. Lucan.
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.

Et quæ utroq; genere pluralem faciunt, locus,
loci & loca: iocus, ioci, & ioca, sed inusitatè. Cice-

ro ad Attic.lib.14. Itaq; ioca tua plena facetiarum. Epistola 14.

¶ Idē de Fin.li.2. Qui cum ioca & feria, ut dicitur.

*Euentus, quartæ declinationis, in singulari usita
tius est. Ouid. — Careat succēsibus opto,*

Val. lib.1.

cap.7.

In epistola
Phyll.

Quisquis ab euentu facta notanda putat.

*In plurali euentus apud Luium reperies; ut, Nus-
quam minus respondent euentus, quam in bellis.*

li.10.dec.3.

*Euenta autem apud Ciceronem, pro rebus quæ ac-
cidunt: ut, Causæ euentorum magis mouent, quam
ipsa euenta.*

Ad Attic.
li. 9. episte-
la 4.

Fœminina, in plurali neutra.

*Carbasus, hæc carbasa, quanquam & hoc singu-
lariter masculinum usurpari dicant.*

Prisc. lib.5.

*Pergamus, apud Homerum. ut, λαρά πορφύρας
ἄνθης. Iliad.6. Et hæc Pergama, apud Virg. ut, Per 1. Aeneid.
gamma cum peteret, &c. quo numero Latini ferè u-
tuntur, cum de arce Troiana intelligitur.*

*In singulari enim ferè utimur pro regia Attali,
& patria Galeni, urbe Asiæ.*

*Intybus autem, hæc intyba, quod * alij addunt, * Phocas,
apud Plinium masculino genere, intybus intybi: & qui uult id
neutro, intybū intyba declinatur. ut lib. 19. cap. 8. esse generis
Nec ex eodem genere possunt dici, neq; ex alio in- fœminini.
tybi, hyemis impatientiores, uirusq; præferentes, sed
caule non minus grati. Item libro 20. cap. 8. Intybi
quoq; non extra remedia sunt. Succus eorum cum
rosaceo & aceto, capitib; dolores lenit. Et rursum*

libro superiore: Est & erraticum intybum, quod
in Aegypto Cichoreum uocant, &c. A' quo nomi
2. Georg. nativo Virgilius fecit, Et amaris intyba fibris.

Pascuam substantiuè non dixerunt ueteres, sed
pascuum & pascua pluraliter.

Et zizania, quod apud Suidam *ζιζανία* scribi-
tur, & pro ἡρά cue lolio accipitur, sacris literis
magis, quam Græcis aut Latinis usurpatum est.

Neutra, in plurali masculina.

Cœlum, cœli: frenum, freni:porrum, porri:ra-
strum, rastri:capistrū, capistri. Inuenies tamen &
& frena, rastra, capistra. Argos, Argi, græcum. Hoc

In cōment. specus, & hispecus usitatè, iuxta Seruium.

lib. 7. Aen. + Ouid.lib.1.de Arte: Tempore lenta pati frena
docentur equi.

Neutra, in plurali foemina.

Vide Val. Epulum, epulæ:balneum, balneæ & balnea:de-
li. 4. ca. 23. liciū, deliciæ. Plautus tamē & delicia nominatio
In Poen- singulari dixit:ut, Mea uoluptas, mea delicia, &c.
lo, act. i. sc.

2. Idem in
Truc. act.

5. Ad me
delicias

A N O M A L A D E C L I- natione.

Vas uasis, singulare, tertiae declinationis est: pla-
rale, uasa uasorum, secundæ. nam ueteres & uasum
dixerunt.

Plautus in Trucul.act. i. scen.i. Aut aliquod ua-
sum argenteum, aut uasum æneum aliquod.

Iugerum iugeri, singulariter dicitur: in plurali
inter-

in tertium ordinē degenerat, iugera, iugeribus. Inuenias tamen in singulāri et iugere.

Tibul.li. 2.
eleg. 3. Vt
multo innu
merū iuge
re pascat
ouem,
pinus et pini, &c.

Ficus, huius ficus et fici, siue de arbore intelligas, siue de fructu. De arbore: ut, Sterilis mala roborafici, Iuuenal. Et uxorem suspendisset de ficu, Satyr. 10. Cic. 2. de Or. De fructu: ut, Aridæ fici, apud Ma- Li. 3. Satur. crob. Et ficus uirides, apud Sueton. in August. Eo- cap. 20. dem aut modo et de morbo utetur, Prisc. autore. Lib. 6.

Arborum declinationem sequitur et colus, huius colus et coli. Et domus, huius domus et domi. nisi quod in hoc non sunt recepti pariter omnes casus utriusq; declinationis. Declinatur enim hoc modo: Hæc domus, huius domus, pro ædificio: ut, Iste par Val.lib. 3. tem domus demolitus est. Et domi, quod locale est: cap. 15, ut, Pater est domi, adverbialiter. Interdum tamen et casum addimus: ut, Est domi tua. Huic domui tantum. nam in secunda declinatione caret datiuo. Clodius Hanc domum, ô domus, ab hac domo tantum: caret deprehensio ablativo in quarta declinatione. Pluraliter, sus domi he domus tantum, harum domuum et domorum, Cæsaris, his domibus tantū, has domos et domus, ô domus tantum, ab his domibus tantum.

Penus

Prisc. lib. 5. Penus autem et species etiam tribus generibus
& 6. et declinationibus variarunt ueteres: ut, hic et haec
penus peni, et penus penus, masculino et foemini-
no genere, in secunda et quarta declinatione: hoc
penus penoris, in tertia, genere neutro. Plautus in

Aet. i sce. 2. Pseud. Nisi mihi annuus penus ab amatoribus con-
Vt citat Pri geritur, &c. Lucilius:

scianus. Magna penus paruo spacio consumpta peribit.

1.b. i, Epist. Item Horatius:

epistola 16. Annonae praesit, portet frumenta penusq.

Satyr. 13. Et Persius: In locuplete penu, &c. Posteriora tam
men magis in quarto ordine usi sunt. ut Gellius lib.
4. cap. 1. Quot sint penus genera. et, Nō ut aliquid
ex penu nomines. Sic et hic uel haec species, speci
et species: et hoc species specoris, et specu anni-

Ode 25. τον: ut, Que nemora, aut quos agor in species? a-

Cap. 16. pud Horat. lib. 3. Carm. Et apud Gellium lib. 5. Sole

medio specum quandam nactus remotā, &c. Vir-

6. Aeneid. gil. Hic species horrendum, &c. Liuius tamen et
Ouidius hoc quoq; in quarto ordime et masculino
genere frequentius usi sunt. ut lib. 1. ab Urbe cond.
Lucus erat, quem mediū ex opaco specu fons peren-
ni rigabat aqua. Et 11. Metamor. Est species in me-
dio, natura factus, an arte, Ambiguum.

Bifariam autem declinatur et græca artium no-
mina, singulariter quidem in prima declinatione,
foeminino genere: pluraliter autem in secunda, ge-
nere

nō re neutrō: ut, Grammaticd, ces: & Grammatica,
corum. Rhetorice, ces: & Rhetorica, corum.

Et à ὡσιοις composita, in secunda & tertia declinantur: ut, Oedipus Oedipi, & Oedipus Oedipodis: polypus polypi, & polypus polypodis.

Variant & propria quædam in esse græca: ut, Orontes, huius Orōtæ, in prima declinatione: & Orontes Orontis, in tertia. Orestes Orestæ, & Orestes Orestis. Hinc et accusatiuus Darē apud Virg. Aeneid. 5. legitur: ut, Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto: ab eo quod alias Dares Daretis declinatur. Item in eadem declinatione, Laches La chetis & Lachis, Chremes Chremetis & Chremis: ut, Puerum inde abiens conueni Chremis. Teren. in Act. 2. sce. 2. And. Sed de his suprà diximus, quemadmodum & de genitiis nominum, quibus festa significantur: ut sunt, Vulcanalia Vulcanalium & Vulcanaliorum, Bacchanalia Bacchanalium & Bacchanaliorum.

Declinantur autem & ambo & duo αὐθούσιως.
Masculino genere, Ambo duo, amborum duorum,
ambobus duobus, ambos duos, & duo antiquè: ut,
Si duo præterea tales Ideatulisset
Terra uiros, &c. Aeneid. 11.

Fœminino genere, Ambæ due, ambarum duas-
rum, ambabus duabus, ambas duas.

Neutro genere, Ambo duo, amborum duorum
& duum, ambobus duobus, ambo duo.

Horat. lib.

2. Serm. sat.

3. Obstrin-

gam ambo.

Mart. lib. 7.

Epigr. Ely-

sium possi-

det ambo

nemus.

HETEROCLITA GENE-
re & declinatione simul.

Quædam etiam nominatio casu bifariam effe-
runtur: ut, hic syngraphus, apud Plautum & in As-
In Julio *nar. & hæc syngrapha, apud * Cic. & Sueton.*
Cæs. *† Act. 4. scen. i. Iustum ostende quem conscripsit
syngraphum.*

* Pro Murena: Pergitis ne uos tanquam ex syn-
grapha agere cum populo?

Hic angiportus, & hoc angiportum: hic toni-
trus, & hoc tonitru: hic baculus, & hoc baculum.
15. Meta- *Ouid. Baculumq; tenens agreste sinistra, &c.*
mor.

* Val. li. 6. Hic supparus, & hoc supparū: hic * nūcius, &
 cap. 15. hoc nuncium. prō re quæ nunciatur. Plau. in Stich.
Act. 2. sce. 3. Ut nunciarem nuncium exceptabilem. Quanquam
 alias nuncius & nuncium significatione differūt,
 quemadmodum festertius quoq; & festertium.

† Cicero Item, hic chirographus, & hoc † chirographū:
 neutro tan hic crocus, & hoc crocum: hic intybus, & hoc in-
 tū utitur. tybum: quorum quædā etiam suprà memorauimus.

Et quæ fœminino ac neutrō genere dicūtur: ut,
 hæc tribula, apud † Columell. lib. 2. cap. penult. &
1. Georg. hoc tribulum, apud * Varronem, & Virgilium: ut,
 Tribulaq; trahæq; &c.

† Adijcere tribulam & traham possis.

* Lib. 1. cap. 52. Fit apud alios iumentis iunctis,
 ac tribulo.

Hæc multa, 3. Georg. & hoc multrum, apud
 Horatium

Horatium in Epodis. †

† Ode 16. Veniunt ad multa capella.

Hæc colocasia, apud Plinium: & hoc coloca- Li. 21. ca. 15.
sium, apud Virg. in Bucol. Eleg. 4.

Hæc baccaris, & hoc baccar: hæc cæpa, & hoc
cæpe: hæc nardus, & hoc nardū: hæc papyrus, &
hoc papyrum: hæc hyssopus, & hoc hyssopum, apud
Plin. hic & hæc barbytus, & hoc barbytum, & si- li. 26 ca. 4.
milia. cuiusmodi multa annotauit Nonius Marcel- de indiscre-
lus, pleraq; etiam Valla, quæ usus & frequens auto tis generi-
rum lectio suppeditabit. bus.

Pertinent autem huc etiam adiectiva illa, quæ bi-
fariam mouentur & declinatur: ut ab animus com-
posita, exanimus, a, um: & hic et hæc exanimis, et
hoc exanime. Semianimus, a, um: & hic & hæc se-
mianimus, & hoc semianime.

A` frenum, effrenus, a, um: & hic & hæc effre- Liuius lib.
nis, & hoc effrene, &c. 4. Dec. 1. I-

pse euectus
effreno e-
quo.

A` cliuus, accliuis, a, um: & hic & hæc accli-
uis, & hoc acclive. Quo pacto & à iugum, biju-
gus & bijugis: à neruus, eneruus & eneruis: à ba-
culus, imbecillus & imbecillis leguntur.

Item hilarus, a, um: & hic & hæc hilaris. aliaq; nonnulla, quæ studiosi per se facile obseruabūt. Sed in his tamē omnib. uidendū est, quid usus probet, et quos casus cōsuetudo receperit: loquendūq; uerbis præsentibus, ut Phanorinus † apud Gell. monebat.

† Lib. 1.

† Lib. I. cap. 10. Viue moribus præteritis, loque
re uerbis præsentibus.

Est & hic annotanda græca quædam consuetu-
Vide Prisc. dō, ex casib⁹ nouas declinationes pariendi: ut, ex
lib. 6. genitiuo ἀβανος, ab abax, fit abacus abaci. Ex accu-
satiuo λιγατηρα, fit cratera crateræ: ex λιξοσιδα,
casida, & id genus alia.

QVÆ CASIBVS DE- ficiunt.

Deficiunt autem & casibus quædā certis: hæc fere
nominatiuo, uicis, dapis, frugis, precis, & opis, cu-
ius tamē cōpositū inops nominatiuo casu dicitur.
Vis, uim, à ui facit: pluraliter uis, sed antiquè.
A fōrs, fortè usitatè dicitur.

Saturni. Ouidius 6. Fast. utitur genitiuo fortis: Venerū
fortunæ fortis honores.

Ab astu, astus plurale, apud Ciceronē. 3. Offic.
à situs, situm & situ tantum: à lues, luem, lue fere
tantum. Idem & de reliquis eius formæ censebis.

Inficias, accusatiuo tantum dicitur.

Sponte ablatiuus tantum in usu est.

Tacit. lib. 2. Non sponte principis Alexandriam
introisset. Celsus li. 1. cap. 1. Sanus homo, qui & be-
ne ualet, & suæ spontis est.

Nec permisſu, alio quam ablatiuo casu facile
inuenies.

lib. 9. Aen. ad Att. li. 12. Macie, uocatiuo tantum dicunt. Virg. Macie no-
epistola 5. ua uirtute puer, &c. Cicero aduerbialiter: Macie
uirtute

uirtute esto. Plv. Macti ingenio dixit.

Tabi & tabo, pro sanie, absq; reliquis casibus inuenies.

Lucan.lib.6. Stillantis tabi saniem. Virg.3.Aen.
Et terram tabe maculant.

Verbere, singu'ariter, à uerber, quod in usu non
est, ablatiuo tantū dicitur. Pluraliter aerbera, uer-
berum, & uerberibus declinatur.

Sic uiscere, à uiscus, quo nominatiuo + Lucretius
alibi utitur. Pluraliter & uiscera, rum, ribus, inte-
grè. Seruius * & feminine singulariter ablatiuo tan-
tum dici ait: pluraliter femina & feminibus habet.

+ Lib.1. Et Suetonius in Vitellio: Viscus & farra
penè rapta è foco manderet.

Opus, idem quod necesse, uel χρήσις, neque casum
habet, & propemodū ad uerbialiter usurpatur. At
necessum & necesse, nominatiuo et accusatiuo usur-
pantur. Ab expes, nullum inuenies obliquum. cuius-
modi fortassis & alia quedam reperiuntur.

Quintæ declinationis pleraq; genitiuos, datiuos
& ablatiuos plurales desiderant: præter dics, res, a-
cies, facies, & species. Cicero autem etiam specierū
& speciebus, quibus antiqui usi sunt, reijcit.

Iisdem casibus & hæc pluralia carent, maria, ae-
ra, uina, mella, thura, rura, ora, & similia. Virg.ta-
men oribus dixit, Aereid.s.

Componens manibusq; manus, atq; oribus ora.
Et Ouidius uinis. ut 6. Faſt.

Li.2.cap.12
Liuius li.7.
Dec.1. Ma-
cti uirtute
milites Ro-
mani este.

*super hæc
uerba Vir.
10.Aen.Ma-
gniique fe-
mur per-
strinxit
Achatae.

In Topic.
Nolim e-
nim, ne si la-
tinè quidē
dici possit,
specierū &
speciebus
dicere.

Nox erat, & uinis oculiq; animiq; natabant.

Cæsar lib. 5. Bell. Gallic. Paulo latiores quam in reliquis utimur maribus.

Inuenies autem & alia multa, quæ duntaxat certis casib. in usu sunt, præsertim apud poetas: ut sunt accusatiui, bilicem & trilicem: ablatiuus & impetu, pro impetu, & id genus alia. Sed nos communiora tantum persequi uoluimus. Et quæ apud poetas uariè usurpantur, ea ex illorum lectione obseruare satius est, quam hic præceptorum multitudine, puerorum ingenia obruere.

† Genitius apud Silium lib. 6. legitur: Nec stra rapidi stimulante dolore fuisset Impetus. Lucius lib. 1. Impetibus crebris dixit.

DE COMPOSITORVM declinatione.

Composita ex duobus rectis utrinq; declinatur: ut, respublica, reipublicæ, rempublicam, &c. Praeter alteruter, quod posteriore tantum parte varietur: alteruter, alterutrius, alterutri, alterutrum, ab alterutro, &c. Tametsi ueteres etiam alterutrum, Lib. 5. de & alteriusutrius dixerunt, ut Priscianus ostendit. Figuris.

Quæ uero ex obliquo & recto componuntur. ijs rectus tantum declinatur: ut, hic iurisperitus, huius iurisperiti, huic iurisperito, hunc iurisperitum.

Ex duobus obliquis composita, aptata sunt: ut huiusmodi, istiusmodi, eiuscmodi, &c.

GRAMMATICA.
DE SPECIEBUS NO-
MINUM.

163

Hactenus accidentia nominum persecuti sumus. Restat autem hoc loco, ut ex de speciebus nominum nonnihil dicamus. nam ex has inter accidentia re- censet Priscianus. Et ad etymologiam pertinet, non Lib. 2. solum discrimina ex casus partium cognoscere, sed ex à qua origine unumquidq; nascatur, uidere. Diligenter autem assuefaciendi sunt pueri, ut origines ex themata partium requirant atq; inspiciant. Con ducit enim hæc res ex ad parandam copiam, ex ad significationes ac uim uerborum propriè ac rectè intelligendam.

Sunt autem nominum primitiua alia, alia deriuatiua. Primitiua dicuntur, quæ à nullo alio descen dunt: ut, equus, aper, &c. Deriuatiua, quæ aliunde originem trahunt: ut, equuleus, aprugnus, &c.

Neg; hic de curiosa illa deriuandi superstitione intelligi uolumus, qua quidam nulli non uoci originem ac deriuationem suam assignant: ut quum lepo rem, quasi qui leuipes sit, dici, aut furē à furuo ap- Gell. lib. 14. cap. 18. pellatum uolunt: sed de ijs nominibus, quorum deriuatio plana atq; aperta est, ex quæ propriè hoc nomine uocantur.

Horum igitur alia patronymica, alia possessiua, alia diminutiua, alia denominatiua, alia uerbalia ap pellantur.

Patronymica sunt, quæ gentem & originem significant, & u' plurimum à nominibus parentum, unde etiam nomen habent, deducuntur: Priamides, à Priamo: Chriseis à Christe, &c.

* à nominibus fororū: ut, Phaeonias, Phoro-

nis. Itē ur-

rium, regio-

num.

z. Geor. Sci
piadas du-
ros bello.

Patronymicis solum in carmine utimur, ut Prisc. lib. 2. ait. Hac forma Poetæ maximè uti solent.

I: prop: tè autem etiam * aliunde deriuantur: ut, ab Ilio Ilia, ab Achaia Achæis, à Thebe Thebais, & similia.

Patronymicorū terminations sunt: des, ut Priamides: is, ut Nereis: as, ut Thestias: ne, ut Ncrine. Ex quibus des masculinorum est, cæteræ fœmininorum omnes.

Sunt autem patronymica græca omnia. quamquam interdum & Latini ad exempla Græcorum quedam finixerint: ut, Scipiades, à Scipione, quo Virgil. usus est. Et Honoriades, ab Honorio, quod apud Claudio legitur.

† In laude uxoris Stiliconis: Limen Honoriades penetrant regale forores.

Formantur autem generaliter ea quæ exeunt in des, à nominibus primæ quidem declinationis in as, Oui. 4. Me abiecta ultima consonante à nominatiuo, & additam. Clau- syllaba des: ut, Aeneas, Aenea, Aeneades: Hippotæ, serat Hip- potades & Hippota, Hippotades. Aut si nominatiuus in es, mu- tata s in des, & pro uocali e assumptis i & a: ut, Anchises Anchisiades, Laertes Laertiades.

In secunda autem & tertia declinatione, à casu
exeunte in i: ut, Priamus, Priami, Priamides: The-
stor, Thestoris, Thestori, Thestorides, &c. Nisi
quod in secunda declinatione, ea quæ à nominatiuis
in ius ueniunt, alterum i genitiui in a uertunt: ut,
Mœnetius, Mœnetij, Mœnetiades. Quæ uero à no-
minatiuis in eis fiunt, penultima genitiui cum ulti-
ma in ē diphthongum cōtrahūt: ut, Tydeus, Tydei,
Tydeides: Oeneus, Onci, Oenēdes: pro Tydeides,
Oeneides. nam Amphitryoniades & Atlantiades,
pro Amphitryonides & Atlantides, figurata uiden-
tur: quemadmodum & Aeneides, quo Virgilius Ae-
neid. 9. pro Aeneades usus est.

Poetæ e-
nim addūt
et detrahūt
syllabas
propter
metrum.

Sit satis Ae-
neide te-
lis, &c.

+ Ouid. 2. Metam. Risit Atlantiades.

In as autem & in is desinentia, pleraq; à mascu-
linis in des fiunt, abiecta de syllaba: ut, Iliades Ilias,
Dardanides Dardanis. Exceptis in is, quorum ma-
sculina à proprijs in eis ueniunt: ea enim plerung;
i longum, siue diphthongum quæ in penultima est,
dissoluunt, & priorem uocalem in suam longā con-
uertunt: ut, Theseides Theseis, Nereides Nereis. sic
& ab Aeneides Aeneis. Et quæ à nominibus pri-
mæ declinationis in es fiunt, Briseis à Brises, Chry-
seis à Chryses. Thebaïs autem, quod à græco θῆβαι
factum est, uocalem primitiui longā in a breue con-
uertit. Quanquam & alia præter regulam forma-
ta inuenias: ut, Persis à Persa, Libystis à Libya: ut,

Vir.5. Aen. Pelle Libystidis ursæ, &c.

In ne desinentia, suæ cuiusdam formæ sunt: quæ siue à nominibus in eis, siue in iis ueniant, i in penultima longum habent: ut, Nereus, Nerei, Nerine: Adraſtus, Adraſti, Adraſtine. Sin autem à nominibus in iis fiunt, posteriorem uocalem etiam in o uerū: ut, Acrisius, Acrisij, Acrifione, penult. longa.

POSSESSIVA ET gentilia.

Possessiva dicuntur, quæ possessionem aut proprietatem aliquam significant: ut, Euandrius, Herculeus, Tullianus, &c. Significat enim Euandrius enīsis, eum qui Euandri est, uel fuit: Herculeus morbus, eum qui Herculis est, uel fuit.

Vir.10. Ae. Nam tibi Thymbre caput Euādrius abstulit ensis. Sub his continentur & gentilia, quæ patriā uel gentem significant: ut, Romanus, Sabinus, Atheniensis, Sicilicus, &c.

Terminationes possēsiuorum atq; geniliū multæ uariæq; sunt, præcipue tamen hæ:

Cus, præcedente i: ut, Gallicus, Germanicus, urbicus, rusticus, &c.

Nus, præcedente à uel i: ut, Romanus, Tullianus, Rheginus, Alexandrinus.

Virg.3. Ae. Stirpis Achilleæ fastus, iuuēnēq; superthagoreus. Vus, una syllaba, præcedente i longa: ut, Argivus, Ashiuw. quæ forma Græcorum propria est. Vs purum, præcedente e longa: ut, Achilles, Pythagorus, &c.

Vspur-

Vs purum, præcedente e breui: ut, Herculeus, æthereus, Cæsareus, &c.

Ius, præcedente t: ut, tribunitius, natalitus. Significant enim et hæc possessionem ferè: ut, natalitium munus, quod ad natalem pertinet, &c.

Ius, præcedente consona, casus primitiui: ut, præ Val. lib. I. torius, à prætore: Euādrius, ab Euādro, et similia. cap. 6.

Ensis: ut, Catinensis, Parmensis, Castrēsis, Foren Linac. lib. I sis, Hortensis.

Huc pertinent et illa Latinorum antiqua, in nse uel rs desinentia: qualia sunt, Laurens, Tiburs, quæ forma gentilium propria est.

Et quæ per concisionem dicuntur, in as: ut, Arpinās, pro Arpinatis: Aquinās, pro Aquinatis.

Et in ta desinentia, pæcedente a uel i, græca: ut, Spartia, Sibarita, &c.

Porrò una aliqua et certa horum formatio tradid non potest propter nominum et terminationum diuersitatem. Sed tamen neg; illa difficultis adeò erit, si ad analogiam, hoc est, ad similiū exempla ubiq; aspicias. Ut enim à Roma Romanus fit, sic à gratia Gratianus, à Sparta Spartanus. Et ut à Titus Titi, Titius: ita et à Quintus Quinti, Quintius: ab Euander Euandri, Euandrius, &c.

DIMINUTIVA.

Diminutiua dicuntur, quæ diminutionem primi tui sui significant: ut, regulus à rex, canicula à ca-

nis, &c. Significat enim regulus, paruum regē priē: canicula, paruam canem.

De diminutiis lege Vallam.lib.1.Elegan. cap. 5. et Priscianum lib.3.

Adhibentur tamen eadem hæc etiam blandiendi gratia interdum. Sic capitulum & corculum apud poetas usurpati. & propriam mulierum quæne-
† diminuti- tro genere hæc forma apud Græcos est. & untur: enis, siue adulatio- *cru'unt, Glycerum à G', cera, P'cen'ci m à Phœ- nix, P'silem im à Ph'den.* &c. Vc si. Luuitalis cau- *si: ut cum Luenal's dixit Satyr. 4.*
causa, ut in
quit Prisc.
lib.5.

Terminationes horum sunt:

Olus, a, um: ut, urceolus, ab urceus: unciola, ab uncia: tuguriolum, à tugurium.

Vlus, a un: ut, regulus, à rex: hastula, ab hastis: capitulum, à caput.

Culus, a ur: ut, igniculus, ab ignis: canicula, à ca- nis: corculum, à cor.

Ellus, a, um: ut, agellus, ab ager: pagella, à pagi- na: fligellum, à flagrum.

Illus, a, um: ut, lapillus, à lapis: anguilla, ab anguis: sigillum, à signum.

Et in quibus consonans, quæ fuit in penultima primi iui, in x mutatur: ut, pax. l.u, à palus: maxila, à mala: pauxillum, à paulum.

Cicero in Orat. Quomodo enim uester Axilla ala factus est, nisi fuga literæ uastioris? Quam lite- ram

ram et iā è maxillis, taxillis, & uexillo & paxillo,
confuetudo elegans Latini sermonis euellit.

Vulcus, et la:ut, homunculus, ab homo:ratio
cula, à ratio. Quæ terminatio eorum est, quæ à pri
mitiuis in o finiunt.

Vleus:ut, equuleus, ab equus: aculeus, ab acus:
quod posterius à genere primitiui defecit.

Aster:ut, parasitaster, à parasitus. quam formā,
imitationem putant significare.

Cio:ut, homuncio, ab homo:senecio, à senex. cu
ius exemplum Priscianus ex Afranio citat: Tu sene
cionem hunc, satis est, si seruas anus.

Lib. 3. ca.
de Diminu
tuo.

† Vnde & homunculus, & homulus, apud Cic.

Refert autem et in horum formatione, ad ana
logiam ubiq; respicere. Quædam enim à casu redi
fiunt: ut, corculum, à cor:musculus, à mus:paupercu
lus, à pauper:muliercula, à mulier. Quædam ab obli
quis: ut tegeticula, à tegetis, abiecta s:codicillus, à co
dicis, et c. Rursum quædam ab integris, ut supe
riora illa, quæ à nominatiuis fiunt. Alia autem à cor
ruptis: ut, paxillus, à palus: asellus ab asinus, et c. in
quibus nihil, præter primam syllabam primitiui,
mansit. De qua re, qui plura uolet, ex Prisciano pe
tit, qui formam horum nominum per singulas ter
minationes tractauit.

In lib. 3.

DENOMINATIVA.

Denominatiua dicuntur, quæcunq; ab altero a
liquo denominationem habent: ut, ferreus, à ferro:

l s . ficut=

ficulnus, à fico: iustitia, à iusto. Hac specie continetur omnia ea deriuata, quæ à nominibus uenientia, in superiores species non cadunt: hoc est, quæ neq; possessionem neq; diminutionem, neq; gentem aut originem aliquam significant, siue eandem cum illis terminationem habeant, siue diuersam ac propriam aliquam. Horū alia substantiua sunt, alia adiectiua.

Substantiuarum terminations sunt:

Ia, cum consonante genitiui primitiui: ut, audax, audacis, audaci, audacia: ignauus, ui, ignauia: superbus, bi, superbia: molestus, ti, molestia.

Tia: ut, pudicus, ci, pudicitia: iustus, sti, iustitia: tristis, tis, ti, tristitia. Fiunt hæc à casu in i, nominū secundæ declinationis in us, dissyllaborū, aut etiam polysyllaborum, præcedente c: & tertiae in is, quæ genitiuum nominatiuo similem habent.

Nia, præcedente mo: ut, castimonia, à castus: sanctimonia, à sanctus. quæ & ipsa à genitiuis fiunt.

La, præcedente e: ut, clientela, à cliens: quæ ultimam genitiui primitiui in e longum uertunt.

Na, præcedente uocali longa, uel diphthongo: ut, officina, ab officium: doctrina, à doctrinæ: leæna, à leo: caupona, à caupo, &c.

Le, præcedente i: ut, ou'le, ab ouis, &c. Cuiusmodi quædam à uerbis fiunt: ut à sedco, sedile: à cubo, cubile, &c.

Re, præcedente a: ut, luminare à lumen, talare à talus.

O, cum consonante primitiui: ut, Cicero à cicer, Capito à caput.

Do, præcedente e uel u: ut, dulcedo à dulcis, a-credo ab acriis, testudo à testa, siue testu, multitudo à multus:

Go, præcedente a uel u: ut, farrago à far, simila-
go à simila, ferrugo à ferrum, ærugo ab æs, &c.

Nam quæ i ante duel g habent, pleraque à uerbis fi-
unt: ut, libido à libet, rubigo à rubeo, intertrigo ab
intertritum.

Al: ut, ceruical à ceruix, tribunal à tribunus.

Hec à genitiis fiunt, ultima in al conuersa.

Ar: ut, lupanar à lupa, lacunar à lacu.

Ium: ut, pomarium à pomum, solarium à sol. Cu-
ius formæ nominat comprehensiua uocantur, ut &c Val.lib.I.
illa quæ in etum exeunt: ut, myrtetum à myrtus, co- cap.6.
ryletum à corylus, &c.

† Cōprehensiua, uel cōtinentia, id est, *wegens illa*
dicuntur, teste Prisciano lib. 5. Significant enim lo-
cos, in quibus myrti & coryli crescunt.

Bulum: ut, acetabulum ab acetum, uestibulum à
uesta, thuribulum à thus . Cuius formæ & uerbalia
multa reperies, de quibus infrà.

Monium: ut, patrimonium à pater, testimonium
à testis.

Tor, quæ uerbalium speciem habent: ut, senator
à senatus, ianitor à ianua, portitor à portus.

Tas: ut probitas à probus, integritas ab integer,
pietas à pius, pubertas à puber.

Adiectiuorum terminationes sunt:

Ber: ut, hic saluber à salus: cuius foemininum sa-
lubris, neutrum salubre.

Ster: ut, hic campester, hæc stris, hoc stre, à cam-
pus. hic paluster, hæc stris, & hoc stre, à palus, &c.

Lis, præcedente uocali longa: ut, hic & hæc plu-
nialis, & hoc le, à pluvia. hic & hæc senilis, & hoc
le, à senex. hic & hæc crudelis, & hoc le, à crudu-
lic & hæc tribulis, hoc le, à tribus.

Aris: ut, hic & hæc familiaris, & hoc re, à fami-
lia. hic & hæc Apollinaris, & hoc re, ab Apollo.

Stis: hic & hæc cœlestis, & hoc ste, à cœlum. hic
& hæc agrestis, & hoc ste, ab ager.

Val.lib.i. Eus, diuisis syllabis, præcedente c: ut, hic herba-

cap.ii. ceus, hæc a, hoc um. hic chartaceus, hæc a, hoc um.

Veniant hæc ferè à nominatiuis primæ declinatio-
nis: ut sunt, herba, charta, &c.

Eus, præcedente consona primitiui: ut, hic fer-
reus, hæc a, hoc um, à ferrum. hic cereus, hæc a, hoc
um, à cera. Quæ forma, ut & superior, materiam
fermè significat.

Vus, diuisis syllabis: ut, hic annuus, hæc a, hoc
um, ab annus. hic menstruus, hæc a, hoc um, à mense
sis,

sis, assumptis t & r, ultra literas primitiui.

*Ilus: ut, herbidus, a, um, ab herba. uuidus, a, um.
que forma etiam uerbalium est. Significat autē her-
bidum, quod herbis abundat, aut consitum est. sic
cætera quoq;*

*Timus: ut, legitimus, a, um, à lege. maritus, a,
um, à mari.*

*Nus: ut, ficulnus, a, um, à ficu. quernus, a, um, à
quercu. abiegnus, a, um, ab abiете. aprugnus, a, um,
ab apro.*

*Orus: ut, canorus, a, um, à canor. odorus, a, um,
ab odor. ut, Odora canum uis, apud Virg.*

lib. 4. Aen.

Valla lib. x.

cap. 21.

Gell. lib. 4.

cap. 9.

*Osus: ut, uinosus, a, um, à uinū. piscofus, a, um, à
piscis. Quæ forma copiam propriè significat, ut ex
illa quæ proximè sequitur.*

*Lentus: ut, temulentus, a, um, à temetum, per con-
cisionem. uinolentus, a, um, à uinum.*

*Tus, præcedente a, i, uelu longa: ut, togatus, a,
um, à toga. auritus, a, um, ab auris. cornutus, a, um, à
cornu. quæ nomina habitum significant.* Priscianū
lege lib. 8.
de figuris
uerborum.

*Stus: ut, honestus, a, um, ab honor. uenustus, a,
um, à Venus. quæ ipsa quoque in se habere aliquid si-
gnificant.*

*Vus, una syllaba, præcedente i: ut, festiuus, a, um,
à festus. furtiuus, a, um, à furtum.*

*Huc adde ex numeralia, quæ uel ordinem signi-
ficant: ut, millesimus à mille, centesimus à centum,
uige-*

uigesimus à uiginti, decimus à decem, nonus à no-
t Quæ fin- uem, octauis ab octo, &c. Vel distributionem: ut,
gulis mul- deni à decem, septeni à septem, quini à quinq; &c.
torum eun

VERBALIA.

dem nume

rum disti- Verbalia dicuntur, que à uerbis, aut eorum pa-
buunt, ut ticipijs, siue supinis deducuntur: ut, amator ab ama-
Linacer li. tu, lectio à lectu. Horum quoq; substantiæ alia, alia
1. testatur. adiectiæ usurpantur.

Substantiuorum terminationes sunt:

A, cum consonante præsentis: ut, scriba à scribo,
aduena ab aduenio.

La, præcedente c: ut, querela à queror, tutela à
tueor, seu tutus.

Na: ut, lucerna à luceo, laterna à lateo.

Ra, præcedente tu: ut, creatura à creatu, natura
à natu.

Nia, præcedente mo : ut, querimonia à queror,
parsimonia à parco, seu pars. Est enim forma hæc
communis tam uerbalium, quam denominatiuorum.

Le, præcedente i: ut, sedile à sedeo, cubile à cubo.

Io, cum consonante præsentis: ut, legio à lego, re-

Valla lib. I. gio à rego.

cap. 2. Tio: ut, oratio ab oratu, statio à statu, &c. Sic
internecio ab internectu, abiecta t. Fiunt enim à su-
pinis hæc.

O, cum consonante præsentis: ut, bibo bibonis, à
biboi: comedo comedonis, à comedo.

Do & *go*, *præcedente i*: *ut*, *libido* à *libet*, *inter-*
trigo ab *intertritum*.

Il & *ul*: *ut*, *uigilo*, *consul* à *consulo*.

Tium: *ut*, *solatium* à *solatu*.

Bulum: *ut*, *tintinnabulum* à *tintinno*, *patibulum* à
pator, *pabulum* à *pasco*, &c.

Culum: *ut*, *oraculum* ab *oro* *ferculum* à *fero*, *pe-*
riculum à *pereo*, &c. *Fiunt autem hæc regulariter*
à secunda persona præsentis, *quare* & *uocalem ean-*
dem retinent. *speculum autem à specio*, *pro specicu-*
lum, *per syncopen factum est*.

Mentum: *ut*, *testamentum* à *testor*, *uestimentum*
 à *uestio*. *Seruant autem* & *hæc uocalem secundæ*
personæ, à *qua* *fiunt*, *aut certè penultimam supini*:
ut, *detrimentum* à *detritum*, *incrementum* ab *in-*
cretum.

Et quæ in um, *cum cōsonante præsentis exeunt*:
ut, *uelum* à *uelo*, *regnum* à *regno*, *ut quidem placet*
Prisciano.

Men: *ut*, *flumem* à *fluo*, *stamen* à *sto*, *foramen* à
foro, *tegmen* à *tego*, &c.

Cen, *quæ eorum tantum est*, *quæ à cano ueniunt*:
ut, *cornicen*, *tubicen*, &c.

Ar, *cum consonante uerbi*: *ut*, *calcar* à *calco*, *tor-*
cular à *torquo*: *ubi tamen qui in consonante cōuersum est*, *pro-*
pter affinitatem literæ.

Tor, *cum penultima proprij supini*: *ut*, *uictor*
 à *uinco*,

Cic. in
Top. Ora-
cula ex eo
ipso appel-
lata sunt,
quod inest
his deorū
oratio.
Valla lib. 6.
cap. 37.

à uirico, quæsior à quæro, tonsor à tondeo.

Et quæ in or cu n co, sicut te præsentis definuntur, amor ab amo d ilor à doleo, &c.

Vs, cum co ionante proprij supini: ut, uisus à ui dco, status à sto cultus à colo, raptus à rapio.

Trix, quæ fœminorum est, a ijs quæ in torde finuntur: ut, viatrix à uictor, ultrix ab ultor, genitrix à genitor. Huc pertinent & rex à rego, lex à lego, dux à duco, lux à luceo, arx ab arceo, &c.

Eorum autem quæ adiectiuè usur pantur, terminationes sunt hæ:

Er, cum consonante præsentis: ut, hic piger, haec pigra, hoc pigrum, à piget. hic ruber, haec rubra, hoc rubrum, à rubeo. quanquam pauca adeò huius fornæ sint.

Valla lib. I. cap. 8. Lis, cum consonante supini: ut, hic & haec flexilis, & hoc le, à fleto. hic & haec sessilis, & hoc le, à stedeo. hic & haec fistilis, & hoc le, à findo.

Lis, cum consonante præsentis: ut, futilis à futilo, utilis ab utor, docilis à doceo.

Bilis: ut, hic & haec amabilis, & hoc le ab amo. hic & haec conductilis, & hoc le, à conduco. hic & haec stabilis, & hoc le, à sto. Hec à secunda persona præsentis fiunt, ideoq; & uocalē eandē retinetur.

Tius: ut, commendatius, à um, à commendo. surreptitus, a, um, à surripi. suppositius, a, um, à suppono. Fiunt haec ferè à summis, siue participijs, quorum

quorum consonantem quoq; seruant.

Dus, præcedente i: ut, uiuidus, a, um, à uiuo. fer
uidus, a, um à feruēo. intuidus, a, um, ab inuideo.

Valla lib. I.

Bundus: ut, moribundus, a, um, à morior. freme-
būdus, a, um, à fremo. furibūdus, a, um, à furo. Hæc Gell. lib. II.
similitudinē significare + uolunt. tametsi apud poe cap. 16.
tas plerūq; pro ipsis participialibus, ut sunt, mo- † Pris. li. 4.
xiens, fremens, furens, &c posita legantur. & Scaurus
apud Gel-

Cundus: ut, iracūdus, a, um, ab irascor. uerecun- lium, & Ser-
dus, a, um, à uereor. rubicūdus, a, um, à rubeo, &c. uius. 10.

Lus, cum cōsonante præsentis: ut, bibulus, a, um, Aeneid.
à bibo. credulus, a, um, & credo, &c.

Vus syllaba, præcedente i: ut, genitiuus, a, um, à
gigno, seu genitum. datiuus, a, um, à datum. satiuus,
a, um, à satum, &c. Formantur enim hæc à supino,
cuius consonantem etiam retinent.

Ax, cum cōsonante præsentis: ut, hic & hæc &
hoc loquax, à loquor. Sic dicax à dico, fallax à fal-
lo, sternax à sterno. Virg.

12. Aeneid.

Et sternacis equi lapsum ceruice Timœten.

Hæ sunt ferè terminations denominatiuorum
atq; uerbalium. Fortassis autem etiā plures his adie-
cerit aliquis, præsertim denominatiuorum: sed nos
communiores tantū persequimur. Porro for-
mantur & ab aduerbijs deriuata quædā: ut ab ho-
die hodiernus, à cras crastinus, à diu diutinus,
& similia, quæ siue aduerbialia appellaueris, siue

inter nō pōrūma retuleris, parum interesse puto.

Lib. 3. Priscianus autem etiam comparatiua & superlatiua inter species recenset: sed nos cōparationem separatim tractauimus, docēdi gratia liberiore partitione utentes. Atq; hactenus de Nōmine.

DE PRONOMINE.

PRonomē est uox, qua utimur in

demonstranda aut repetenda re, ubi nominis

li. 3. de Pon repetitio ingrata erat futura. ut apud Ouid.
to, eleg. 4. Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest.

Tardū be- Hic si exempto pronomine supponas nomen, ut
neficiū, in- si dicas, Gratia abest officio, & officium tardat mo-
gratum est. ra: sermo & obscurus & inconditus erit. Sic & in

In And. act. demonstrando: ut apud Terent. Nēpe ut curemū
1. scen. i. rectē hæc. Nam si hic, sublato pronomine, singula-
tim cōmemorentur ea quæ curanda erāt, fuerat et

commemoratio & longa nimis, & odiosa futura.

Sunt aut̄ pronomina hæc: Ego, tu, sui, ille, iste,
ipse, hic, is, quis, qui, meus, tuus, suus, noster, uester,
nostrās, uestrās, cuius, & cuiās. Ex quibus cetera
quidem finita uocantur, eo quod substantiā certam
atq; finitam demonstrent, aut referant. Quis at-

Li 13. Item tem, cuius & cuiās, alij indefinita uocāt, quia de re
Linacer. li. incerta & indefinita dicantur. Priscianus autem
1. de inter- tiā inter nomina refert, quod pronomina ea tar-
rogatiuis, tum uideri uelit, quæ substantiam uniuscuiusq; rei
propriam

propriam ac certam, uel absentē referant, uel præsentem demonstrent. Nos uno ac generali nomine & hæc et illa inter pronomina retulimus: quòd anxiās ac superstitiones istas partitiones, puerorum ingenij & studijs parum conducere putaremus.

Accidunt pronomini, Species, Significatio, Genus, Numerus, Figura, Persona, & Casus:

S P E C I E S.

Species pronominum duæ sunt, perinde ut & nominum. Primitiua sunt, Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui. Reliqua deriuata sunt. Nam à genituo mei fit meus, à nostrum fit noster & nostras, à tui tuus, à uestri uester & uestras, à sui suus: à cuius, cuia cuium, & cuias.

S I G N I F I C A T I O.

Significatio in primis est tradenda pueris. nam non raro hic peccatur. Significant autem alia demonstrationē rei præsentis, alia relationem absens, alia interrogationem, alia possessionem, alia partiam uel gentem.

Demonstratiua sunt, ego, tu, hic, & iste.

Relatiua, is, ipse, & qui. Ille alias demonstratiuum est, alias relatiuum.

Sui uero & suus, reciproca dicuntur: hoc est, quæ ad eandem personā redeunt, quæ præcedebat. Nam interest inter hæc, Pater iubet ut ad se uenias:

¶ Pater iubet ut ad ipsum uenias. Nam cum relatio
tuo Ipsum utor, significo alium quendam, non pa-
trem: cum uero reciprocō Se, patrē ipsum, hoc est,
personā eam tantū, quæ proximē uerbū antecessit.

De his Valla diligenter præcepit, in libello de
Reciprocatione sui & suus.

Interrogatiua, Quis, cuius, a, um, & cuias.

Possessiua: Meus, tuus, suus, noster & uester.

Gentilia, nostrās & uestrās.

Vallā lege
lib. 2. ca. 3.

GENVS.

Genus est in pronominibus, perinde ut in adie-
ctiuis nominū. Nam per tria genera uagātur pro-
nomina. Alia una terminatione: ut,

Ego	Tu	Sui
-----	----	-----

Alia duabus: ut,

Nostræ	nostrate	Hinc Nostratia
Vestræ	uestrate	uerba apud Ci-
	cuiate	cer.* inuenient

* lib. 2. Epi Cuias
stol. famil.

epistola 10.

Alia tribus: ut,

Ille	illa	illud.
------	------	--------

Iste	ista	istud.
------	------	--------

Terē. in An
dr. act. 3. sc.

Ipsus mi	hic	hoc.
----------	-----	------

hi Dauus

dixit.	is	id.
--------	----	-----

Quis	quæ uel quæ	quid. Vetustissimi
------	-------------	--------------------

In Aulul.
act. 1. sce. 3.

autem quis utroque genere usurparunt, perinde ut
Græci particulam tis, Plaut, Quis ea nam est opili
ma? Et

*ma! ergo. Sic Terentius & quisquam: ut, Hunc oculi In Eunuch
lis suis nostrarum nunquam quisquam uidit Phæ- act. 4. sc. 4.
dria, &c.*

Qui	que	quod.
Meus	mea	meum.
Tuus	tua	tuum.
Suus	sua	suum.
Noster	nostra	nostrum.
Vester	vestra	uestrum.
Cuius	cua	cuium.

N V M E R V S.

Numerus itē, ut in nominibus, du-
plex: Singularis, ut ego: Pluralis, ut nos.

F I G V R A E.

Figuræ duæ sunt: Simplex, ut ego:
Composita, ut egomet.

Variè autem componuntur pronomina.

Primum inter se: ut, isthic.

Secundò cum aduerbijs: ut, ecce, eccum, eccam, ellum:
pro ecce eum, ecce eam, ecce illum. Idem, ab is &
demum. Prisc.li. 12. ita resol-

Tertio, cum syllabicis adiectionibus, met, te, ce,
& pte. uit, sed Val
la li. 2. cap.

Hæc Priscianus negat esse composita, eo quod
syllabica adiectio, si separetur, nihil significare
possit per se. Adduntur autem pronominibus, uel di-
scensionis causa plerunq; uel significantiæ.
15. repu-
gnat.

Met adiicitur omnibus casibus primæ et secundæ personæ: ut, egomet, meimet, mihimet, memet, &c. tutemet, tuimet, tibimet, &c.

Te adiicitur uocati ut te: ut, tute, tete.

Ce, pronomini hic: ut, hicce, huiuscce, hisce, hosce. Et genitiuo eius: ut, eiusce, à quo eiuscmodi.

Cic. i. Tus. Pte ablaciis, mea, tua, sua, nostra, & uestra: ut, Suopte nu meapte, tuapte, suapte, nostrapte, uestrapte.
tu & pôde Sed tamen in his cōpositionibus obseruent pue
re dixit. ri consuetudinem emendatè loquentium.

P E R S O N A E.

Personæ tres sunt: Prima, ut ego;
Secunda, ut tu: Tertia, ut ille.

C A S V S.

Casus idem qui in nomine sunt. Verum uocatiui non est usus in omnib. pronominibus.

Tu, meus & noster, admittunt uocatiuos. Dicitur Terēt. in mus enim, Mi Virgili, + Mea Glyceriū, + ô noster Andr. act. Chreme. Cetera uocatiuis carent.

1. scen. 1. Declinatio est ex Donato petenda, quem semper oportet pueris in manibus esse, ut inde analogiam in declinando ac coniugando discant.

Declinantur autem pleraq; nominum modo: ut meus, tuus, suus, noster, uester, & cuius, a, um, secunda & prima declinatione, quemadmodum cetera in us, a, um, adiectiva.

Nostras, uestras, & cuias, tertia declinatione, perinde

perinde ut gentilia in as.

Ille, ipse, iste, hic, is, quis & qui, ad exemplum prime & secundæ. Exceptis genitiis & datiis singularibus, qui omnium generum in ius & i formantur: ut, Ille, illius, illi, illum, ab illo, &c. Ista, istius, isti, istam, ab ista, &c.

Sola ego, tu, & tñi, quod nominatio caret, & utroq; numero eosdem casus habet, suo ac certo modo aequan̄t̄ declinantur.

Singulariter.

Ego	Tu	
mei, & mis antiquè	tui, & tis antiquè	Sui
mihi	tibi	sibi
me	te	se
	ô tu	
â me.	â te.	â se.

Linacer
li. i. Obli-
quos dun-
taxat reci-
pit, quòd
non nisi in
trästitu per-
sonæ legi-
tur.

Vall.lib.2.cap.i. Tria pronomina, sola omnium binos genitios sortita sunt: unos, mei, tui, sui: alteros, qui iam exoleuerunt, mis, tis, sis: in quorum penè locū successerūt deriuatiua, meus, tuus, suus.

Pluraliter.

Nos	Vos	
nostrūm & nostri	uestrūm & uestri	Sui
nobis	uobis	sibi
nos	uos	se
	ô uos	
â nobis	â uobis.	â se.

Prisc. li. 17.

DE ARTICULO.

Pronomen Obiter hic docendi sunt pueri, quid intersit in-
 hic, quod ter Pronomen & Articulum. Est enim Articulus,
 Grāmatici non qui in Grammatica tantum declinatione casus
 in declina- aut genera indicat, sed quo in sermone etiā certam
 tione nomi num, loco rem significamus. Latinū exemplum proponi nul-
 prepositiui lum potest. nam Latinus sermo in uniuersum caret
 ponūt arti articulis. Germani uero habent articulos, quemad-
 culi, nūquā modū & Græci. αὐαρτικός est, cum particula Ein
 in oratiōe utuntur: ut, Es ist ein mann da. Articulatum est,
 sensum arti cum particulæ der, die, das, & similes, nullo pro-
 culi habet, prio accentu addūtur: ut, Der mann ist da, Ich hab
 dem mann das gelt geben. græcè, εἰδωνα τῷ αὐτοὶ^{τῷ}
 τῷ αργύρῳ εἰσεπονεῖ. Id latine non rectè uertas, si dicas, De
 di huic uiro hanc pecuniam. Nam præsentem rem,
 non tantū certam, pronomina demonstrat. Quale
 etiam fit, cum eadem illæ particulæ germanicæ ac-
 centu acuto, siue syllaba longa efferruntur: ut, Ich
 hab dem mann das gelt geben, &c. Ergo cum La-
 tini utuntur particula hic, hæc, hoc, in declinando,
 uoluerunt mutari à pronomine notam & casuum
 & generum, non articulum tradere, quo in loquen-
 do uteremur.

† Nimirū ut pueri adhuc rudes, & qui nondum
 per regulas possunt genus distinguere, habeant
 quasi generis indicem, illius nominis quod decli-
 natur. Sed in seriem orationis nunquam Latini ar-
 ticulos admittunt. Hæc Nebrisensis,

Hec

Hec committo fidelibus præceptoribus, ut copiosius explicent. Nec prætereunda hic erant, propter inscitiam quorundam Grammatistarum, qui contendunt articulum esse apud Latinos.

DE VERBO.

Verbū est uox, significans agere aliquid, aut pati: ut, uerberare, actionē significat: uerberari, passionem. Neutra quoq; uerba propemodum actionem aliquam aut passionem significant. Actionē: ut, aro, cano, bibo. Passionem: ut, algeo, frigeo, caleo. Pueri diligenter obseruent discrimē nominis & uerbi. Nomen, rerum nomenclaturam continet: uerbum, actionē & passionem, cum discriminib[us] temporum & personarum.

Sunt autem duæ hæ partes præcipuae ac præstantissimæ, quod absq; his nulla sentētia aut oratio absolu[re] potest. Quare fuerūt qui has solas partes orationis & uocarent: cæteras omnes Syncategorema-ta, hoc est, cōsignificantia, ut Prisc. ait, appellātes. Li. 2. de O-

† Quia hæ solæ etiam per se coniunctæ, plenam ratione. & faciunt orationem. Quintil. li.

Verbū aliud personale dicitur, a. i. cap. 6.
liud impersonale.

Personalia dicuntur, quibus certe personæ nominatiuus præponitur: ut, ego scribo,
tu legis. Antonius imperator & occidit Papinia-

num, nolentem excusare parricidium.

† Vide Erasmus in Apophtheg.lib.8.

Impersonalia dicuntur, quæ personam certam nominatio casu in indicatio no regi piunt, sed mutatur nominatius personæ in obliquos: ut quod Germanicè personaliter dicimus, Ich mûs Virgilum aussen lernen: latinè impersonaliter effertur, O portet me ediscere Virgiliū. Vel ipsum uerbum prorsus sine casu præcedente effertur: ut, statut, luditur, itur.

Verbo accidunt octo: Genus, Species, Tempus, Modus, Figura, Persona, Numerus, & Coniugatio.

GENERA.

Genera sunt significaciones uerborū. Inde enim cognosci potest, actio sit in uerbo, an passio.

Sunt autem quinq;: Actuum, Passuum, Neutralium, Commune, & Deponens.

Actuum est, quod in oratione desinit, & actione significat: ut, amo, uerbero. Quod ita puer deprehendet, si cōmodè accusatius, qui personam significat, uerbo adiicitur: ut, uerbero Dauum, amo Phædriam. Non enim recte dixeris, Bibo Dauum, aro Phædriam, &c. nisi te figuratè. Actionem Linacer. li. ergo intellige hic transituum, hoc est, quæ in aliam 2. dicit esse personam aut rem transit, siue exerceatur.

Vit. 2. ecl.
Ardebat
Alexim, p
amabat.
Linacer. li.
enallagen
generum.

Passuum est, quod in oratione desinit, &

passio-

passione significat: ut, amor, uerberor, &c. Quod item deprehendet puer, si ablatiuus personæ rectè addi poterit: ut, Amor à Phædria, Verberor ab hero. Nō enim eodem modo rectè dixeris, Adsentior ab hero, aut Frigeo à Phædria, &c. Vocab igitur Priscianus ablatiuum, proprium passiuorū casum: Li. 8. de Si- quòd ut accusatiuus uerbum actiuum, ita hic passi gnificatio- um necessariò sequatur. Nam illa, † Morsu depa nib. uel ge- scitur artus: & * Explperimentem nequit, & id ge- nerib. uer- nus alia, poetica ac figurata sunt.

Referuntur enim in syntaxi ad synecdochen.

† Virg. 2.
Aeneid.

* Idé 1. As.

Neutrum est, quod in o desinit, & propemodum actionem aut passionē significat, ue- runtamen absolutè, hoc est, ut casum actiuorū aut passiuorum non requirat: ut, sto, curro, frigeo, ca- leo, &c. Non enim hæc neq; accusatiuum necessa- riò recipiunt, neq; ablatiuū, propterea quòd signifi- catio eorum non transit in aliam personam, neq; é- tiam ab alia procedit. ut nō rectè dixeris, Curro Ita- liū, &c. nec rectè, Calco à Cæsare, &c. Neq; etiam de se passiuia pariūt, primæ aut secundæ personæ. nam stor, curror, frigeor, aut caleor, nemo usquam dixit. Tertiæ tamen personæ passiuia procreat, quæ aut ocv spytma uocantur, id est, quæ actionē abso- lutam significant: ut, Tota mihi dormitur hyems, † De Gli- † Martial. & Iā tertia uiuitur ætas, * Ouid. Eaq; re, li. 13. e- accusatiuum, sed suæ tantum significationi cognac- pig. 59.

tum ac * li. 12. Met.

tum ac proprium admittunt:ut, uiuo uitam, bibo
merum, curro nulle passus, &c. Perinde ut illa,
quæ ~~autowabystinæ~~ dicuntur, hoc est, quæ passionē
absolutam significant, ablatium passuum aliquan-
do, sed suæ significationis tantum recipiunt:ut, ca-
let ab igne, alget à fame, frigore, &c. tametsi ho-
casus alij fortassis instrumenti aut causæ dicere ma-
gis uolent.

Porrò uocant Grammatici neutralia passiva, uer-
ba quæ in o desinentia, prorsus significationem ex-

Linacer li. casum passiuorum habent. ut sunt tria hæc: fio, quod
1 & 4. his est passuum anomalum uerbi facio. ueneo & uapu
adnumerat lo. Est enim, ueneo à te, idem quod uendor à te: &
uerbum li- ceo. uapulo à te, idem quod uerberor à te Incepit autem
addiderunt quidam & exulo. Non enim significat
relegari, sed solum uertisse, ac patria carere: ha-
betq; significationem prorsus neutralem.

† Priscianus tamē lib. 8. & Linacer lib. 4. ad hunc
ordinem referunt.

Hæc Dio- Sunt ex alia huius generis, uulgo neutropassiva
medes li. 1. appellata, quæ cæterà quidem neutra sunt, præteri-
transgressi- ta autem passiuorum modo faciunt:ut, audeo ausus
ua & mixta sum, gaudeo gauisus sum, mœreo mœstus sum, soleo
uocat. solitus sum, etc. Sed hæc, quia significationem pro-
priam atq; neutralē pleraq; retinent, solum autem
coniugandi characterem mutant, non immeritò in-
ter anomala retuleris, de quibus suo loco agemus.

Sunt

Sunt et neutra, quae in m desinunt: ut, sum, cum
compositis. Quid uerbū alio nomine substantiuum
* uocant, eo quod nec actionem nec passionem ali
quam significet, sed de substātia rei dicatur. Huius i^māgnis-
similia sunt et forem, et existo.

* Græci
nōp uocat,
Prisciano
testo lib. II.

Commune genus uerborum in or
desinentium est, quae promiscuè alias actiue, alias
passiuè significant: ut, criminor Phormionem, et
criminor à Phormione. Discrimē significationis in-
dicat constructio, seu casus uerbo adiectus. Horum
plurima recenset Priscianus lib. 8. citatis ueterum
exemplis, qui illis utraq; significatione usi fuerunt.

Nunc autem pauca quædam à Grammaticis nume Gell.lib. 19
rantur, eaq; neq; ipsa in altera significatione mul- cap. 13.
tum adeò usurpata: uidelicet,

Osculor, amplector, dignor, consolor, adhortor,
Depeculor, frustror, criminor, et stipulor.

Cicero autem, et interpretor et testor.

Cicero de Arusp. resp. Verba quæ ex Hetruscis
libris in te conuersa & interpretata dicūtur. Idem
pro Mur Publicis literis testata sunt omnia.

Item aggredior et aspernor, passua significa-
tione usus est. * Et à tueor, participium tuendus,
frequenter idem usurpat.

* Exempla
Pris. lib. 8.
citat.

Lib. I. Epist. famil. epistola 9. Nunc à quibus tuen-
dus fuerat, derelictus est.

Meditata mihi sunt omnia mea incōmoda, passi In Phorm.
uē dixit Terentius. act. 2. sce. 1.

Venies

3. Aeneid. Venerata sacerdos, apud Virgiliū extat: ut et,
 † Li. i. Aen. † Vno comitatus Achate, &c. et, * Nunc oblitus
 * 9. eclog. mibi tot carmina. Quo modo eodem participio et
 li. 9. ep. 15. Cicero ad Petum utitur.
 II. I. Carm. Metata decem pedis porticus,
 ode 16. Bella detestata matribus, apud Horat.
 lib. i. ode 1. Velificatus Athos, apud Iuuenalem legitur.
 Satyr. 10. Cic. in 2. Etiam ementitum passiva significatione plurimi
 Philip. E. dixere. Et alicubi inuenias, † Experta uirtus, pro
 mentitis explorata.
 auspicijs. † Liuius lib. 3. Dec. i. Apud eundem etiam, Ex-
 pertas artes belli leges, lib. i. Dec. 3.

Cicero p. Et complexa scelera, pro comprehensa et colle
 Roscio. et. Et consecuta, pro impetrata, &c. Proinde ob-
 seruent hoc in loco pueri, quid receperit usus: aut
 quid probarint illi, qui emendatè locuti sunt. Nam
 ut rectè fortassis imiteris, quæ Teretius aut Cicero
 De his ui- dixerunt: ita rursus durum fuerit, si dicas, Pecunia
 de Prisc. largitur, pro distribuitur. aut, A' me auxiliatus est,
 lib. 8. pro adiutus est. tametsi etiam his uetusissimi passi-
 uè usi fuerint.

Deponentia dicuntur, quæ cum in
 or desinant, alteram tamen significationem depo-
 nunt, et aut actiuè significat: ut, precor Deum, pa-
 tior iniuriam, morore, sequor illum. aut neutra
 liter: ut, uaticinor, labor, &c. Significant autem
 traliter, meo iudicio, etiam nascor, orior. Atq; ha-
 sum

Sunt generum seu significationū in uerbis formulæ.

Sunt autem hic etiam admonēdi pueri, quædam uerba efferrī per oꝝ or eadem significatione: ut, adsentio adsensi, ex adsentior adsensus sum. imperatio impertiui, ex impertior impertitus sum. comp̄tus. Vide Diorio comperi, ex cōperior, quod usitatus est, absq; medē lib. i. præterito. nam compertus sum, actiuā significatio- & Prisc. ne, non dixerūt Latini. Ita iurgo, apud * Cicer. Et lib. 8. iurgor, apud Horat. quod ex ipsum usitatus est. Li. 2. Serm.

* Lib. 4. de Repub. Si iurgant, beneuolorū con satyr. 2. certatio est.

Munero, apud † Macrobiū: ex munērō, apud * Terentium.

* In Heaut. act. 2. sce. 3.

+ Lib. i. Saturn. cap. 7. Et Cicero pro Déiot. Fabricor, usitatē: ex fabrico, quod apud poetas alicubi inuenias: quemadmodū ex populo pro populor, stabulo pro stabulor, luxurio pro luxurior, &c. Etrursum, præuertor pro præuerto, punior pro punio, apud † Cicer.

† Lib. i. Tuscul. Quo multi inimicos etiam mortuos puniuntur.

Nutrior pro nutrio, apud Virg. in Georg. †

† Hoc pinguem & placitā pari nutritori oliuam.

Quibus similia alia pleraq; recenset * Nonius, * De extra uariè à uetusissimis usurpata, in quibus tamē usus rijs generi postea repudiauit alteram terminationem. bus uerbo-

rum
modò absolute usurpari: ut, ruo, uario, moror, offendō,

1. Aeneid. fendo, coco, & similia. ut, Totamq; à sedibus imis
Aeneid. 2. Vnde Eurus Notusq; ruunt. &, Vrbs antiquaruit.

Sic, uariat uestem, & uariat incessu.

Cic. lib. 9. Offendit principem, & offendit in tenebris.

epist. 2. Coeunt societatem, apud † Cicer. & coeunt in
fœdera, Aeneid. 11.

† In 2. Philip. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cœs.
re societatem nunquam coisses.

† In Aulul. Nil moror istas magnas dotes, &c. † Plaut.

act. 1. sce. 3.

* Lib. 2. de Et paulisper apud oppidum morati, &c. * Cœsar.

Bello Gall.

S P E C I E S , S E V formæ.

Sunt & uerborum alia primitiva,
quæ & perfecta dicuntur, alia deriuata. Primitiva:
ut, lego, dico. Deriuata: ut, lectio, dictio.

Sed quæ deriuata sunt, eorum Inchoatiua quæ:
dam dicuntur, quædā Frequentativa, quædā Me:
ditativa, quædam etiam Diminutiva.

Inchoatiua uocantur, quū uerbo
adjectur terminatio sco: ut, à luceo fit lucesco, ab
* si. 1. ea. 21. ardeo ardesco, &c. De significatione * Valla vide
tur præter rem cum Prisciano rixari. Nam aut in:
choationem significant: ut, lucescit, der tag bricht
1. Aeneid. an. aut certè gliscere & intendi: ut apud Virg.

Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo.

Ftunt ferè à secunda persona: ut, labo labas la:
basco, ferueo ferues feruesco. Pertinentq; ad tertium
coniu

coniugationem, et mutuantur præterita et supina
à thematis: ut, tumesco tumui, obdormisco obdor-
misi, &c.

Quædam à nominibus cadunt, in quibus est ob-
seruandus usus scriptorum: ut à senex, senesco senui:
à puer, repuerasco, cuius nullum extat præteritum.

Sunt et quæ pro thematis usurpatur: ut, this- †Vide Val.
co, fatisco: unde defetiscor, quod est defatigor. lib. 5. ca. 15.

Frequentatiua sunt, quæ in to, aut
so, aut xo excunt: ut, agito, affecto, pulso, uiso, quaf-
so, nexo, &c. quæ assiduitatem uel conatum signifi-
cant. Sic enim exponunt: agito, crebrò ago: pulso,
crebrò uel ualde impello: uiso, eo ad uidendum: ca-
pesso, eo ad capiendum.

Fiunt hæc à supinis pleraq;: ut tractum tracto, cù
tum cito, uisum uiso, uersum uerso, nexum nexo.

Item coenatum coenito, clamatum clamito, a in i bre
ue cōuerso: quod peculiare eorum est, quæ à prima
cōiugatione fiunt. Cuius formæ etiam illa sunt, quæ
ab alijs frequentatiuis fiunt: ut, cantito à canto, di-
ctito à dicto, uentito à uento, &c.

Aut à secundis personis: ut, ago agis agito, fugio
fugis fugito, cogo cogis cogito, &c. quod eorū fer-
mè est, quorū primitiua in gi præteritū faciūt. Qui
bus similia sunt et noscito à noscis, querito à queris.

Quædā nō aperta forma formatur: ut, hæcito ab
hæco, querito à queri, taxo à tāgo, uexo à ueho.

Eodem autem modo & faceſſo à faciſ nascitur, in e mutato:laceſſo à lacis, quod eſt à priſco uerbo lacio, quod traho ſignificat: arceſſo ab arcio, quod ex ad & cio compoſitum eſt, d in r mutata: unde lux & uerba ſe in fit accerſo.

Sunt & deponentia huius formæ: ut, ſector à ſe-
cutum, per syncopen, ſcitor à ſcitem, ſcifcitor à ſci-
ſco, à quo reſcisco, & ſimilia.

Plereq; primam coniugationem imitantur: ut,
pulſo, as: affecto, as: ſcitor, aris, &c. Sed pauca que-
dam tertiam: ut, uiſo, faceſſo, laceſſo, capeſſo, arceſſo,
& ſimilia, cuæ cogitatim magis quam aſſiduitas
tem aut frequentationem ſignificant. Hec Priftian.
Lib. 8. de ſpeciebus à ceteris ſeparat, & ſcorſim deſideratiua uocat.
uerborum. Sed Valla lib. 1. cap. 23. diſſentit.

Pertinen: huc etiā illa in coſinientia: ut, uelli-
co à uello, ſodico à ſodio, albico ab albeo, &c. ſig-
nificant enim & hæc frequentationem quandam. Eſt
enim uellico, id quod paſſi:n aut crebrò uello: ſodi-
co, paſſim aut crebrò ſodio: albico, paſſim aut cre-
brò albeo. ut apud Horat. Nec prata canis albican-

Car. ode. 4. pruinis. Quanquam ſint qui hæc diminutionē atq;
imitationem quandam ſignificare magis uelint.
Sed nihil attinet in re puerili adeò & n eiſo loyē.

Huiusmodi apparitiua uocat, quod apparentia
ſui primitiui ſignificet: ut, albico, appareo albus.

Meditatiua, ſeu deſideratiua ſunt,

que in iō desinunt: ut, esurio, lecturio.

Hæc à supinis propriè fūnt, & ad quartam coniugationem pertinent. Significat autem studium & uoluntatem: ut, parturio, cupio uel uolo párere: cœnaturio, cupio, seu uolo cœnare. Præter scaturio, quod ut à præsenti factum est, ita & de significatione primitiui nihil mutauit. Et scalpurio, quod idem cum primitiuo scalpo facit. Plautus in Aulul. Act. 3. sce. 4. Cœpit scalpurire unguibus.

Diminutiua in lo desinunt, & diminutionem primitiui significat: ut à sorbeo, sorbillō: à canto, cantillo.

Est & græca quædam forma, quæ imitationem significat: ut: patriō, Atticisso, que Græcis in jw desinunt. Latini non admodum sunt delectati hac terminacione: unde dixerunt pro Græcisco, Græ- Vide Eras- cor: ut à Baccho, bacchor: à cornice, cornicor: à de Copia uulpe, uulpinor, &c.

verb.lib. I.
cap. 20,

Huius formæ sunt & pabulor à pabulo, frumentor à frumento, lignor à ligno, philosophor à philo sopho, architector ab architecto, & similia, quæ partim studium & exercitationē, partim imitationem atq; habitū significant: proinde etiam uel huc, uel inter frequētatiua referri nō incōmodè posūt.

TEMPORA.

Hæc uerò est propria uerborū natura, indicare discrimina temporum. Sunt autem quinq; & com-

n 2 muni-

muni sensu dijudicari possunt.

Præsens, quod præsentis temporis actionē significat: ut, uenio, ich kom.

Præteritum imperfectū, quod actionem quidem cœptam, sed incompletam significat: ut, ueniebam, ich kam.

Præteritum perfectum, quod tempus ex actionem completam significat: ut, ueni, ich bin komen.

Præteritum plusquamperfectū, quod actionem tempore iam olim præterito cōpletam fuisse significat: ut, ueneram, ich war komen.

Futurum, quo uelle nos agere, uel futuro tempore acturos esse significamus: ut, ueniam, ich ðwurd oder ðwil komen.

De modo-
rum & tem-
porū enal-
lage uide
Linacrum
lib.6. &
Vallā lib.3.
cap.48.
Modi sunt,
teste Prisci

ano li.8.di-
uersæ incli-
nationes a
nini, uari-
os eius affe-
ctus demō
strantes.

Quæ autem cum quibus conueniant, ut feceris ex facias: aut quæ aliter atq; aliter usurpentur, ut sumeret, pro debebat sumere: dixeris, pro posse dicer: item in quibus Latini à Græcis superētur, preceptores inter docendum admonebunt. ex poterunt qui in his principijs iam robur aliquod fecerunt, ex Prisciano, uel aliunde etiam petere.

M O D I.

Modi uariam in actione uoluntatē tradunt. Sunt autem quinq;.

Indicatiuus, qui simpliciter fieri aliquid, aut non fieri definit. Ideoq; Græci ὁρισμὸν, id est, definitiū uum uocauerunt: ut, Probitas laudatur ex alget.

Impe-

Imperatiuus, quo imperando utimur: ut, Nosce te ipsum.

Optatiuus, quo optamus. non definimus quid fit. Adeoq; degenerat hic ab indicatiuo, ut ad absoluendam sententiā ferè adsciscat aduerbiū optandi: ut, Vtinam pueri obtemperent Christo, promittēti etati huic regnum cœlorum. Et apud Terent. Ut il In Eunuch. lum dij deæq; omnes perdant. act. 2. sce. 3.

Idem & potentialis dicitur, quòd ea quæ per de Vide Linabet & potest exponuntur, hoc modo efferantur: ut, crum lib. I.

1 Nil est quod labores, pro debes laborare. &c,

2 Quid facerem, pro debebam facere. Item, 3 In fa 2 Vir. ecl. I. cinus iurasse putas, pro possis putare. 4 Diceret, 3. Ouid. I. pro posset dicere. & id genus aliæ. Metamor.

1 Cicero lib. 3. ad Q. fratrem, epist. I. De eius eru 4. Teren. in ditione quod labores, nihil est. Andr. act. I. scen. I.

Subiunctiuus ita uocatur, quòd nisi subiiciatur alteri orationi, per se non absoluat sententiam: ut, Ita demum florebunt urbes, si pueros honestis disciplinis ad uirtutem adsuefecerint.

Infinitiuus per se neq; personam certam, neq; numerum definit, unde etiam nomen accepit: sed alijs modis additur, ut perfectum ac plenum aliquod significet. ut, iubeo te saluere, cupio discere, &c. Estq; hic ueluti nomen uerbi: hoc est, qui ipsam actionem aut passionē quasi nominat atq; explicat. Proinde & pro nominatiuo non rarò ponitur: ut,

Mimus Pu Beneficium accipere, est libertatē uendere. Et, † At
blianus. pulchrū est digito mōstrarī, et dicier, hic est, &c.
† Pers. sat. I.

Ad modos commode uidentur re-
ferri posse Supina quoq; et gerundia.

Valla lib. I. Gerundia dicta sunt, quod gerere aliquid et ad-
cap. 27. ministrare significant: ut, surgit ad dicendum. Hac
quidam inter participia referunt: sed quia post secā
sum actiuorum regūt, non sunt germana participia.

Sunt autem tres tantum uoces: ut, legendi, legen-
do, legendum. habentq; simpliciter significationem
infinitiui. Et quia infinitiui significationē sine tem-
poribus sēpe cum nominibus coniungi, aut pro no-
mine usurpari res cogit, et casum tanquam in nomi-
ne requirebat sententiæ structura, utiliter inuenta
sunt gerūdia: ut, Discendi causa in ludum eo literā-
rium, In discendo magnam uoluptatem capiunt bo-
ni pueri, Ad discendum hortatur pater. Ne Græci
quidem plane carere gerundijs potuerunt: ideo et
ipſi, tanquam gerundia facturi, addidere casus arti-
culorū infinitiuis: ut, cù τῷ μὴ φρονεῖν ἀδιγος βίος.
et, ἐν τῇ φιλανθρωπίᾳ γίνεται τὸ οὐγυχεῖρ.

Sophocles
in Ajace fla-
gellifero.

Supinis uidetur nomen inde factum, quod ante
Valla lib. I. se casum non habent. Sunt autem, ut Donatus etiam
ca. 28. & 29 docet, duæ uoces supinorum, um et u: ut, lectum le-
ctu. Estq; in utraq; uoce, infinitiui significatio: quo
contenti Græci, nulla habent supina. Ac prior qui-
dem uox actiue significat: ut, uenio spectatū, id est,
uenio

uenio spectare. Posterior autem passiuè: ut digna
res auditu, hoc est, digna audiri, facile dicitur, id est, fa-
cile dici. iucundum lectu, id est, legi, seu cū legitur.

FIGVRÆ.

Figuræ duæ sunt: Simplex, ut lego:
Composita, ut intelligo. Decomposita uocant, ex
compositis nata: ut, perterrefacio.

Hic pueri mutationes literarum & crases ob-
seruent: ut, facio, afficio: quatio, concutio: ago, cogo:
eo, redeo, &c.

Quoniam igitur plurimum refert, in omnibus
compositionibus & figuris hanc literarum inter se
commutationem & affinitatem in præptu habere:
non inutile fuerit, totam hanc rem, uelut in tabella
quadam spectandam oculis subijcere.

Mutantur igitur inter se ex uocalibus,

A breue in i: ut, amicus, mimicus. sapiens, insi-
piens. facio, efficio. rapio, eripio. statuo, constituo,
&c. Longum autē uel in e: ut, aptus, ineptus. castus,
incestus. halo, anhelo. arceo, coerco, &c. Vel in
u: ut, falsus, insulsus. salto, insulto. calco, inculco, etc.

E breue in i: ut, dedi, reddidi. steti, cōstiti. sedeo,
insideo. teneo, contineo.

In gerundijs autem tertiae coniugationis, etiam Valla lib. I.
in u: ut, faciundum, dicendum, &c. Et in ijs quæ ab cap. ult.
eo fiunt: eundum, abcundum, redeundum, &c.

Ex diphthongis.

AE in *i* longum: ut, *lædo*, *illido*. *quero*, *inqui-*
ro, &c.

OE in *u* longū: ut, *Pœnus*, *Punicus*. *pœna*, *punio*.

Auitem in *u* longum: ut, *claudio*, *includo*. *Vel in o:*
ut, *plundo*, *complodo*. Quo pacto ueteres & *Clo-*
dius pro Claudio, *plostrum pro plaustrum dice-*
bant: & contrà, aula pro olla, &c.

Ex consonantibus.

B, *sequentibus*, *c*, *f*, *g*, *p*, *uel r*, *in easdem*: ut, *cur-*
ro, *succurro*, *facio*, *sufficio*, *gero*, *suggero*. *pono*, *sup-*
pono, *rapiō*, *surripiō*, &c. Quomodo & *antem*, *in*
eandem uerti debebat: ut, *mitto*, *summitto*. Sed *usus*
obtinuit, *ut submitto*, *perinde ut admitto*, & *simi-*
lia, *integram scribatur*.

Transit *eadem* & *in u*, *sequente f*: ut *in uerbis au-*
fero & *aufugio*.

Cicero in Orat. Quid si etiam abfugit? turpe ui-
sum est: & abfer noluerunt, aufer maluerunt. quæ
præpositio, præter hæc duo nerba, nullo alio in uer-
bo reperitur.

Et *in s*: ut, *suscipio*, *sustento*, *sustuli*, *quod prete-*
ritum est à suffero.

In quibusdam autem, *sequente c*, etiam *s* assumbit:
abscondo, *abscedo*, *obscurus*, *obscoenus*, &c.

Et inter duas uocales, *euphonie gratia*, *interpo-*
nitur s e penumero: ut, *ambesus*, *ambustus*, & *simi-*
lia. At

lia. At contrà in alijs, sequente scum muta, prosum
abijcitur: ut, suspicor, suspicio, suspiro.

D, sequentibus c, f, g, l, p, r, s, & t, in easdem: ut,
curro, accurro, facio, afficio, gradior, aggredior, po-
no, appono, ludo, alludo, rapio, arripio, sumo, assu-
mo, tango, attingo, &c. Sed alij tamē ante f & s &
liquidas, integrè eandem scribunt: ut, adfero, adsu-
mo, adludo, admoneo, adnumero, adrideo, &c.

Quod & Prisciani temporibus factum: quanquam, Lib. 2. do
ut ipse ait, errore magis quam ratione. syllaba.

Mutatur eadem hæc & in c, sequente q: ut, que-
ro, acquiro. Et in r, ut in uerbo arcio, quod ex ad &
cio factum est. Nam uetusissimi etiā artines pro af-
fines, & aruenæ pro aduenæ aliquando dixerunt.

Et hiatus causa, inter duas uocales assumitur: ut,
redeo pro reeo, redigo pro reago, redarguo pro
rearguo, &c. At contrà abijcitur, sequente scum
muta: ut, asto pro adsto, ascendo pro adscendo, aspi-
ro pro adspiro. In usu tamen uideas, adscisco pro af-
fisco, integrè scriptum.

Etiā in cōpositis à nascor & nosco uidetur abij-
ci, sed in locū eius ab altera parte g assumitur: ut,
agnascor, agnatus, agnosco, & agnitus. Nā ut gna-
tus, gnarus, gnauus, assumpta g dicimus: ita & gna-
scor & gnosco, ad idem exemplum fingamus licet.
Quæratio eadē est & in cognosco, ignosco, cognau-
tus, ignotus, & similibus ab eadē origine cōpositis.

Legitur e-
tiā aliquo-
ties anqui-
ro.

Prisc. lib. 1.
Vel iucun-
dioris soni
tus gratia.

M in n, sequentibus c, d, q, uel t:ut, num, nunc
ubi. tantum, tantundem. quam, quanquam. idem, i-
dentidem, &c. Et contrà, n in m, sequentibus b, m,
uel p:ut, bibo, imbibo. morior, commorior. pono,
compono, &c. Et sequentibus l & r, in easdem:ut,
ludo, colludo. rodo, corrodo, &c.

Abijcitur autem & hæc, sequentibus g & n:ut,
ignarus, ignauus, ignotus, &c. de quibus suprà.

R in l, sequente eadem:ut, lego, intelligo. luceo,
polluceo, &c.

X autem, sequente f, in g resoluitur: & abieco
s, g in f transit:ut, facio, efficio. fugio, effugio. fran-
go, effringo, &c. quod Græcorum more fit. Nam et
illi, sequente uocali, εξ usurpant in cōpositis: se-
quente autem consonante, εν:ut, εξειμι, εξέχουμαι, εννα-
λῶ, ενφσύω, &c. Sed hactenus de commutatione
literarum.

Prisc.lib.8.
de figuris
verborum.

Illud quoq; hoc loco monendi puerisunt, quòd
quorundam compositorū themata non extant: ut,
fendo, unde defendo & offendō. specio, unde aspir-
cio, respicio, &c. perior, unde experior. pedio, ut
de expedio, impedio. leo, id est limo, unde deleo.

Videntur & à Græcis quædam nata:ut, suffra-
gor, à φράζομαι, id est delibero. & impleo, à πλη-
percello, à λιέλλω, quod est moueo, siue impello.

Quædam etiā ex nominibus nascuntur:ut, per-
nocto, architector, philosophor, quorum & suprà
memor.

meminimus. Nam et multa simplicia à nominibus oriuntur: ut, uesperascit, noctescit, &c.

Quanquam autem composita imitantur coniugationem simplicium: ut, facio feci, conficio conseci, &c. degenerant tamen aliquando uerba: ut, à sternere fit consternari primæ coniugationis, à spernere aspernari, à specie suspicor, à facio gratificor, ludificor. quæ genus etiam mutant cum coiugatione: perinde ut et à uerto, reuertor, diuertor, & similia. Et à dare composita, in tertiam migrant: ut, addere, abdere, reddere, condere, &c. Ut et à cubo, quoties m assumunt: ut, incubere, discubere, &c.

P E R S O N A E.

Personas sensus communis discernit. Sunt autem tres. Prima, quæ loquitur: ut, ego lego. Secunda, ad quam loquimur: ut, tu legis. Tertia, de qua loquimur: ut, ille legit.

Sunt autem duplia uerba, ut à principio manimus. Alia personalia, quæ iuxta personas uarian tur: ut, lego legis legit. Alia impersonalia, quæ una uocem incertæ personæ habent: ut, legitur, oportet. de quibus infrà dicemus.

N U M E R I.

Numeri duo sunt: Singularis, ut leo; Pluralis, ut legimus.

C O N-

PHILIP. MEL.
CONIVGATIONES.
Coniugationes quatuor sunt.

- Prima, alonga beare.
Secunda, cuiuscha- elonga in infinitis docere.
Tertia, racter est ebreuis tuuo:ut, condere.
Quarta, ilonga condire.

Coniugatio, ut Priscianus ait libro 8. est consequens uerborum declinatio. Coniugatio autem nominatur, quod una eademque ratione declinationis plurima coniugantur uerba.

Est autem analogia in coniugatione facilis, et quae nullo negocio ex Donato cognosci possit.

In praeteritis et supinis est uarietas, quae diligenter est pueris perdiscenda. Nisi enim coniugationi, tanquam digitos unguesque suos exactissime norim, non raro in medio sermone resistent et obmutescunt, cum commutare pro sententiarum uarietate uerborum casus non poterunt.

Porrò praeteriti indicatiui casum imitantur praeterita in alijs modis, et futurum etiam coniunctum.

Pris.lib. 9. Iam et hoc monendi sunt pueri, quod si praeterita simplicium geminent primam syllabam, in compositionibus id non obseruantur: ut, cedo cæcidi, occido occidi: tendo tetendi, intendo intendi, et cetero.

Exceptis, quae etiam in compositione geminam primam syllabam, do:ut, circundo circundedi, reddo reddidi. Sto:ut resto restiti, obsto obstiti. Discio:ut, edisco edidici, dedisco dedidici. Posco:ut, deposito

*deposito depositi. Pungo: ut, repingo repugni,
idq; tantum. nam compingo & expingo, compun-
xi & expunxi faciunt.*

*A curro geminata, præterquā apud uetusisti-
mos, non facile reperies. Sed de ijs infrā dicemus.*

DE PRAETERITO ET

supino primæ coniugationis.

*Aui character est præteriti primæ
coniugationis, q̄tum supinorum: ut, amo amauī amā-
tum, clamo clamaui clamatum, &c.*

EXCIPIVNTVR.

*Do dedi datum, penultima breui. Sic & com-
posita, circundo circundi circūdatū, pessundo pe-
sundidi pessundatum, uenundo uenundidi uenun-
datum. Nam cetera à do, ut addo, condo, reddo, &
similia, tertiae coniugationis sunt.*

*Sto steti statum. cuius tamen composita aliás à
breue, aliás a longum ante t habet: ut, præsto præsti-
tum, & præstatum, in epistolis Bruti. †*

*† Occiso C. Cesare, postquam mare transierat,
præstatum est. Item Cicero ad Att. lib. 14. epist. 16.
Puto præstaturum eum.*

*Consto constitum & constatum. Lucan. Consta Lib. 2.
tura fides superūm, &c.*

*Iuuo iuui iutum, u longa. Lauo laui (nam uete-
res etiam lauo lauis lauere dixerunt) lautum & lo-
tum, ueteri cōsuetudine, sicut planstrū & plostrū.*

Quan-

Act. 4 sc 1. Quanquam et lauatum inuenias. Teret. in Heaut.
 Act. 3. sc. 5. Et lauatum dum it, et c. et in Eunuch. Accersitur
 lauatum interea uirgo. Hinc lauaturus participium,
 Lib. 3. Sa- apud Ouid. in Fast.

cra lauatu- Excipiuntur et hæc, quæ per ui duas syllabas
 rus manè præteritum faciunt, supina autem pleraq; per itum,
 petebat a- quædam etiam per etum: ut, cubo cubui cubitum,
 quas. crepo crepui cripitum. Huius tamen compositum
 increpo, quando idem significat quod ēπιτηνῶ, e-
 lib. 2. epi. 3. tiam increpauit. Cicero ad Q. frat. Cato perf-
 diam Pompeij in me increpauit. Alias simplicius for-

In Milit. mam sequitur: ut, Fores increpauerunt, apud Plaut.
 act. 2. sce. 2. et, Primo concursu increpauere arma, Liuius.
 Lib. 1. ab Vr Domo domui domitum, sono sonuisonitum, to-
 be cōdita.
 Lib. 1. sat. 4 no tonui tonitum. Apud Horatium tamen in Serm.
 Ode 2. leges, Os magna sonaturum. et in Epodis: Eo in-
 tonata fluctibus.

Veto uetui uetitum: frico fricui frictum, abiecta
 euphoniae gratia.

Seco secui sectum. neco necui, quod simplex qui
 dem necatum facit, compositum autem enectum, et
 Li. i. Epist. brius Horatius:

epi. 7. Spem mentita seges, bos est enectus arando.
 Li. i. Dec. 3. Et Liuius: Fame, frigore, illuuiie, squalore enecti.
 Lib. 9. Priscianus autem differentiam inter hæc facit,
 ut sit necatus, qui ferro: necetus autem, qui alia uit-
 teremptus est.

Item Diomedes lib. i. Sed Nebrisensi, necatus est omnino extinctus. ut Cicero pro Cluen. Venero necatus. Quintil. Fame necatus. Nectus uero, quasi exanimatus, & mortuo similis. Cicero 2. Tuscul. Enectus siti Tantalus.

Mico micui, absq; supino. emico emicui. Sic & Lucanus lib. i.

Qualiter expressum uentis per nubila fulmen
Emicuit, &c. Dimico aut, dimicauit dimicatum facit.

Linius: Iusla quoq; acie, et collatis signis dimicatum. Lib. i. De 3

Plico utroq; modo præteritum & supinum facit, plicui & plicitum, plicaui plicatum. Hinc composita, implico implicitum, & implicaui implicatum. applico applicui applicatum, & applicauit applicatum. explico explicui explicitum, & explicaui explicatum. Sed tamen hic autorum usus consulendus est, ne temerè in usitatis pro usitatis utamur. Duplico autem, duplicaui duplicatum tantum facit. Sic & cetera, quæ cum nominibus componuntur: ut, triplico, multiplico, &c.

Versus.

Dic crepui, cubui, domui, sonui, tonuiq;

Et uetui, fricui, secui, necui, micuiq;

Et quod utroq; modo plicui facit, atq; plicaui.

Variat à regula & potum, pro potatum. Virg.

Et potum pastas age Tityre, &c. Hinc participium

potus, quod aliquando passiuè ponitur. ut 4. Geor.

Quoq; modo potis gauderent intyba riuis.

Et apud

Et apud Ciceronē de Clar. orat. Themistocles excepit sanguinem tauri patera, & eo poto mortuus concidit, &c. pro hausto & ebibito eo. Aliquando etiā absolute perinde ut pransus, coenatus, & apud Græcos δειπνίσας, νηπνίσας, αργισάς, & simili

3. Fast. αἴρισα. Ouid.

Occurrit nuper, uisa est mihi digna relatu

Pompa, senem potum pota trahebat anus.

Quintil. lib. i. cap. 8. Pransus atq; potus diuer-
sum ualent, quām indicant.

Epiſt. 23. Et lib. 7. Epift. ad Trebat. Itaq; etſi domum bene
potus, ſcroq; redieram, &c. Veteres autem etiam
potatum dixiffe uidentur. Inde eſt participium po-

In Pho. act. taturus, apud Terentium. & uerbale potatio, à quo
5. scen. 5. compotatio.*

Valla li. 1. cap. 2. Passiuā & deponentia mutuantur præterita
participijs, quæ fiunt ex ſupinis, in quibus ſequen-
da eſt analogia: ut, amor amatus ſum, medicor medi-
catus ſum, &c.

Formula coniugandi extat apud Donatum.

DE SECUNDA CONIUGATIONE.

In secunda coniugatione præterita
ferè per ui duas ſyllabas fiunt, ſupina regulariter
per itum, penultima breui: ut, habeo habui habitum
debeo debui debitum, placeo placui placitum, no-
ceo nocui nocitum, &c.

Excipi

Excipè, quæ supinis tantum uariant, doceo do-
cui doctum, misceo miscui mixtum, per metathesin Cic. 2. Of-
fīcē s̄, & hoc analogicōs. Veteres & mistum dixe-
re, aperitatis uitandæ gratia.

Teneo tenui tentum, careo carui cassum & ca-
ritum. unde participium cariturus, apud Luuena-
lem satyra 6. Cariturus turture magno.

Censeo censui censem.

Recensitus autem, quo Claudianus lib. 2. in Eu-
tropium utitur, est à uerbo antiquo recensio, quar-
tæ coniugationis: Prisca recensitis euoluite secu-
la fastis:

Pateo patui passum, autore Priscianò.

Et neutra pleraq; quæ supinis prorsus carēt: ut,
terreo terrui, caleo calui, horreo horrui, rubeo ru-
bui, &c. absq; supinis.

II. Quæ præteritis & supinis uariant. quæ quo-
niam plura aliquanto sunt, ut exceptiones facilius
uenari possint pueri, per omnes terminations ua-
gabimur. Excipiuntur igitur ex ijs quæ desinunt
in beo, iubeo iussi iussum. Nam in si præterita, sum
ferè faciunt supinis. Sorbeo sorbui & sorpsi sor-
ptum: quod quidam à sorbo sorbis tertiae factum uo-
lunt. Nam veteres non pauca huius ordinis, etiam
in tertia coiugarunt, quorū exempla adhuc apud
poetas paſſim extant. Sic & composita, ab sorbeo,
bui & psi, ptum. Lucan, lib. 4.
Absorpsit penitus rupes & tecta ferarum.

In 2.Phil. Exorbeo, bui, p̄si, ptum. Cicero: Sanguinem ciui-
lem exorbuit, &c.

CEO.

Luceo luxi, absq; supino. polluceo polluxi pollu-
ctum, sed inusitate. Hinc polluctus uerbale, quo Ma-
crobius + utitur. Est autem pollucere, idem quod
Act. 2.scen. 1. deuouere & consecrare. Plaut. in Stich. Ut decu-
mam partem ex uoto Herculi polluceam.

† Lib. 3. Saturn. cap. 16. Plautus in fine Rudentis:
Neq; sit quidquam pollucti domi. Idē in Mostel.
act. 1. scen. 1. Obsonate pollucibiliter.

Mulceo mulsi mulsum. Gellius tamen permulcti

* Permulf fecit, à permulceo, lib. 1. cap. 11. *

Eti sonis le-

nioribus,

DEO.

&c. Cic. ad Herē. lib. 3. ante d habent, si faciunt præteritis, sum supinis: ut, Vox bene permulsa suadeo suasi suasum, rideo risi risum, ardeo arsi ar-
dixit. sum. Strideo tamen, stridi facit, absq; supino.

Quæ uerò i breue, uel e ante d ha-
bent, supinis quidem sum, ut cætera, faciunt, præ-
ritis autem di: video uidi uisum, in video inuidi im-
uisum, etc. Sedeo sedi sessum, dupli c. ss. in video in se-
di in sessum.

Veteres me

mordi, spe- spōdi dixe rioribus ferè similia sunt: mordeo momordi mor-
runt. Gell. sum, tondeo totondi tonsum, spondeo spōpōdi spon-
li. 7. cap. 9. sum, pendeo pepēdi, absq; supino. Cōposita tamen
absq;

absq; reduplicatione dicuntur: ut, præmordi præmorsum, deiōdi detonsum, respōdi responsum, &c. Ennius te-

Prandeo, + prandi & pransus sum facit: ut cœste Prisc.li.
no, coenaui & coenatus sum. Nam duplicit figura in 9. Et deto-
bis Latini usi sunt. tōditagres
lætos, atq;

† Plautus in Menæch. act. 3. scen. 2. Cicero lib. 7. oppida cæ-
Epist. famil. Canitio cōsule scito neminē prādisse. pit.

Audeo ausus sum, gaudeo gauisus sum. quæ uo-
cem passiuorū imitātur. Vetustissimi tamen etiam
gauisi in præterito dixerunt, ut Priscianus indicat. Li. 9. de se-
cunda con-

G E O.

In geo, in quibus luel r præcedit g,
præteritis si faciunt, supinis regulariter sum: ut, ful exēpla ad-
geo fulsi fulsum. Persius: Si spes refulserit nummi. dicit.

Tergeo terfi tersum, quod ex tergo dicitur, in ter-
tio ordine. Lucil.

Purpureo ter sit tunc lautas gausape mensas.

In 20. citan
te Prisc.li. 9.

Turgeo tursi, absq; supino. Ennius:

In 9. secun
dum Prisc.

Cyclopis uenter uelut olim turserat alti.

Vrgeo ursi, algeo alsi, absq; supinis. Indulgeo in
dulsi indultum facit. Mulgeo mulsi. Virg. in Geor. Lib. 3.

Quod surgente die mulgere, horisq; diurnis.

Supinum mulctum est, quod uidetur à mulxi cade-
re: uerum ea uox autore caret. Ab hoc supino &
mulcta nasci uidetur.

Quæ uerò diphthongum, aut uoca-
lem natura longam ante g habent, præteritum per

xi faciunt, supinum per etum: ut, augeo auxi auctū,
lugeo luxi luctū. Frigeo frixi, & † frigi, frictum,
Lib. 9. autore Prisciano: sed est tamen inusitatum. Hinc
refrigesco refrixi, &c.
† Sed autoritate maiorum caret.

LEO.

Quæ mutam ante l habent, præte-
ritum ui faciūt una syllaba, supinis tum, penultima
longa: ut, fleo fleui fletum, repleo repleui repletū,
imleo impleui impletum. Sic & supplet supple-
uit, antiquum impersonale, pro licet, uel suppetit, à
quo nomen supplex factū uolunt: cuius exemplum
Pontanus citat, lib 1. de Aſpir.

Et composita à leo: ut, deleo deleui deletum. Ab
oleo autem composita pleraq; uariant. Exoleo exo-
leui, ut apud † Plinium, & exoletum facit.

† Lib. 37. cap. 5. Carchedonij nescio an in totum
exoleuerint. Cicero in Salust. Posteaquā ætas tua
exoleuerat.

Pro P. obsoleto obsoleui obsoletum: ut, Vulgaria &
Quintio. obsoleta, apud Ciceronem.

Liuius lib. 10. Dec. 3. Obsoleta gaudia.

Prius autē Adoleo adoleui, &adolui. ut apud Varronem
est usita- in 3. Rhetor. Postquam adoluerit hæc iuuentus. Et
tius. Cassius ad Tiberium 2. Vbi integrum anserem ado-
luerunt. Huius supinum, pro adoletū, adultum est.
Hinc adolesco uerbum, idem quod cresco. Ouidius
lib. 2. eleg. ult.

sic

Sic mihi durat amor, longosq; adolescit in annos.
Et participium adultus Virg. 4. Georg. Aliæ spem
gentis adultos Educunt fœtus.

Aboleo aboleui, apud † Liuium: aboletū & ab-
olitum, apud Ciceronem.

† Lib. 8. Dec. 1. Etsi omnis diuini humaniq; mo-
ris memoria aboleuit.

Redoleo redoleui & redolui, absq; supino. Ob-
oleo oboleui, & obolui, apud Plaut. obolitum. In-
oleo inoleui inolitum. Peroleo peroleui, suboleo
suboleui, absq; supinis. Cuius diuersitatis ratio est,
quod & primitium oleo apud ueteres tam olcui,
quam olui præteritū fecit. Nam apud Persium ex-
tat nomen oletum, pro stercore, quod certè ex supi-
no oletum natum uidetur. Olui autē præterito e-
tiam nunc utimur. Horat.

Vina uerè dulces oluerunt manè Camœnæ, &c.
Cuius supinum lux & æloy: & olitum esse debe-
bat, sed autore caret.

Soleo solitus sum, anomalum est. quanquam Sa-
lust. ut Priscianus indicat, etiam solui dixit. †

† In 2. Histor. Neq; subsidijs uti soluerat com-
positis.

In Mostell.
act. i. sce. i.
Oboluisti
allium.

Sat. i. Hic
ueto quis-
quam taxit
oletum.

Li. i. Epist.
epistola 20.
Laguet poe-
tarum inge-
niū, ni uino
calefacit.

Lib. 9.

NEO.

Neo neuī netum, maneo mansi mansum. cuius ta-
men composita, ut Grammatici docent, quæ a in i
uertunt, per ui præteritum faciunt: ut, emineo emū
nui, immuneo imminui, absq; supinis.

Cætera, quæ a seruant, simplicis formam sequuntur: ut, remaneo remansi, permaneo permanensi.

Q V E O.

Lib. 2. *Torqueo* torſi toriū. *Vetustissimi* tamen eſt torſum dixerunt, ut Cato in Originibus: Propterea Marrucini uocantur, de Marſo detorſum nomen.

Liqueo regulā ſequitur, excepto quod q̄ in c mūtat: ut, liqueo licui. Sic eſt cōpoſitum, deliqueo delicui. Ouid. 7. Metamor.

Delicuit. ſtagnumq; ſuo de nomine fecit.

R E O.

Hæreo hæſi hæſum. *Mæereo* mœſtus ſum, anomalon eſt. *Mereo* autē, priore breui, pro milito, regula re eſt, et præterito merui, ſupiniſ meritū facit, etc.

V E O.

In ueo, omnia præteritis ui faciunt, una ſyllaba, ſupiniſ tum: ut, caueo caui cautum, faueo faui fautum, paueo paui, ſine ſupino: foueo foui fotum, moueo moui motum, uoueo uoui uotum, penultima longa.

Ferueo tamen, ferbui facit: quoniam antiqui eſt Lib. 9. ferbeo dixerunt, auctore Prisciano. Et ferui, quod à feruo tertij ordinis eſt.

Horat. i. Serm. ſat. 2. Mea cum conſeruit ira. Tērent. in Adelph. act. i. ſcen. 2. Sperabam iam deferuisse adoleſcentiam.

Conniueo connixi, eſt conniui antiquè. Nam eſt conniuo

conniuo tertia coniugatione ueteres dixerunt. ut
Caluus poeta:

Tum grauis ingenti conniuere pupula somno.

Apud Pri-
scianū li. 9.

At langueo, et pinguco, à quo pinguesco, quo-
niam in ijs u prorsus filet, regularia sunt, et præte-
rita per ui diuisis syllabis faciunt: ut, langueo lan-
gui, pinguesco pingui, absq; supinis.

E O P V R V M.

Vieo, idem quod flecto, uicui uietum, penultima
aliàs longa, aliàs breui. Lucret.lib.3.

Nec supra caput eiusdem cecidisse uietam
Vestem, &c. Horat.

Qui sudor uietis, et quam malus undiq; membris In Epodis,
Crescit odor, etc. nisi quis hic ουνίσθοι fieri uclit. ode 12.

Ciceo, ciui, et per syncopen cij facit, à cio cis ci
re. Nam et secundo et quarto ordine usi sunt La-
tini. Sed à ciceo, citum fit, breui penultima: ut, Exci † Ouid. li.
tat auditor studium, † &c. A'cio autē, citum, ilon 4. de Pon-
ga. * Lucan. Castrisq; excita iuentus, &c. Hac to, eleg. 2.
sunt quæ ab analogia deflectunt. cetera omnia re-
gulam sequuntur. * Lib. 1.

Passiuia præterita fiunt à supinis: ut,
doctus sum, iussus sum, tortus sum, &c.

Verum quæ supinis carent, ijs desunt præterita
passiuia: ut, uerbi urgeor nullū est præteritū, quo-
niam ab ursi ursum in usu nullo est.

Passiuorum formam & deponentia

* Natura
partes ha-
bet duas,
tutionem
sui, & ulci-
scendi ius.

sequuntur: ut, uereo ueritus sum, tueor tuitus sum,
Hinc tuitio, apud Ciceronē in Topicis. * Nam tu-
tus & tutor, à tuor, quod in tertio ordine coniugia-
runt ueteres, uidentur facta.

Notantur tamē inter hæc anomala quædam: ut, miscreor misertus sum, mereor me-
rui & meritus sum, reor ratus sum, fateor fassus
sum. Hinc confessus, professus, &c.

A medeor nullum extat præteritum, nisi id à
medicor mutuemur.

Formula coniugationis ex Donato petenda est.

D E T E R T I A C O N- iugatione.

In tertia coniugatione non est unus
aliquis character præteriorum, ut in superioribus
ordinibus; sed singulæ terminations suos quosdam
characteres, suasq; formulas, easq; uarias habent.
Proinde ordine omnes terminatiōes proponemus.

B O.

In bo, cum lōga uocalis postremam
syllabam anteit, præteritis p̄si faciūt, supinis ptum:
ut, scribo scripsi scriptum, nubo nups̄i nuptum.

Cætera bi faciunt præteritis, tum supinis: ut, bi:
bo bibi bilitum, lambo lambi lambitū, scabo scabi-
scabitum analogōs, sed inusitatē.

Composita à cubo, imitantur formā simplicium:
ut, incumbo incubui incubitum, accumbo accubui

accub-

B in p ante
suel t, eu-
phonię cau-
sa mutatur.

Vide Prisc.

lib. 10.

accubitum, &c. Suprà autem monuimus, in tertia coniugatione composita huius uerbi madsciscere.

De paßuis ac deponentibus in frà in genere ex sub uno nomine tractabimus.

C O.

In co, præcedente uocali longa, præterita per xi faciunt, supina uero per clum: ut, dico dixi dictum, duco duxi ductum.

Ico tamen, ici facit præterito, ictum supino. Habet autem ex hoc i ante c longum. ut apud Catull. Infestum telis icere musca caput.

Epig. 106.
ad Gelliū.

*Huius formâ & cetera in co sequuntur: ut, uincu*co* uici uictum, conuinc*co* conuici conuictum, &c. Parco tamē, peperc*i* facit, & parsi, supino parsum.*

Plinius tamen lib. 33. cap. 4. dixit: Italiæ parcitum est ueteri interdicto patrum.

Sic comparco comparsi. Terent. Quæ ille unciatim comparsit miser, &c.

In Phorm.
act. 1. sce. 2.

II. In sco desinentia, præteritis ui faciunt una syllaba, supinis tum: ut, cresco creui cretum, quiesco quietum: pasco paui pastum, assumptas. suesco suui suetum, consuesco consueui consuetum. Sic cetera composita.

Nosco noui notum, ignosco ignoui ignotum, penultima longa: retinet enim literâ præsemis. Vetustissimi autem quidam etiam ignosciturū dixerunt.

*Piso Frugi in 2. Anna. Quodcunq; deliquisset,
o 5 ignosci-*

ignosciturum affirmabat, citante Prisciano lib. 10.

Notantur tamen ex his, agnoso agnoui agnitu,
cognoso cognoui cognitum, quae i breue habent.

Et compesco compescui compescitum, dispesco

Lib. 10. dispescui dispescitum, autore Pris. sed inusitate tamē.

Item quae primam reduplicant, posco poposci,
absq; supino: disco didici discitum, sed inusitate. Hinc

Teste Pris. disciturus participium, quo Apuleius usus est, +

lib. 10. † In Phædone: De anima sic auditurum, sic di-
sciturum.

Plautus in Conquinisco, uestus ex eoletum uerbum, cōquexi

Pseud. act. 3. scen. 2. Si facit, absq; supino: & significat caput inclinare.

conquini- Pomponius apud Pris. lib. 10. Ad eum ut cop-
scet, cōqui quexi, interim mulieres conspiciunt.

ne scito si- Glisco, præterito & supino caret.

mul. III. Inchoatiua præteritum à thema
te mutuantur: ut, scisco sciui scitum, rescisco resci-
ui rescitum, senesco senui. Nam ueteres etiam se-
neo dixerunt: & senectus, participio præteriti tem-
poris. Salust. Omnis quibus ætas senecto corpo-
re, animus militaris erat.

In 4. Hist. secundum Pris. li. 10.

Aut præterita prorsus non habent:
ut, hisco, fatisco, integrasco, labasco. Et que à no-
minibus ueniunt: ut, uesperascit, noctescit, &c.

D O.

In do, si lōga uocalis præcedat, præ-
teritum per si faciūt, supina in sum: ut, ledo lefile
sum,

*sum, ludo lusi lusum, rado rasi rasum, uado uasi ua-
sum.* quæ quidē in simplici usitata non sunt, in com-
positis autem usurpantur: ut, *cuado euasi euasum,*
inuado inuasi inuasum.

Exceptis, quæ dretinent, *cudo cudi cusum. Ru-
do, quod priore tam breui quam longa reperitur,
rudi, absq; supino.*

Virgil. 7. Aeneid. *Vincla recusantum, & sera sub
nocte rudentum.* Persius sat. 3. *Findor, ut Arcadiæ
pecuaria rudere dicas.*

*Strido stridi, absq; supino. Pedo pepedi. Horat. Li. i. Serm.
Nam displosa sonat quantum uesica, pepedi. absq; satyr. 8.
supino. Cædo, cum diphthōgo, cecidi. Lucan. lib.
4. Donec ueteruerunt castra, cecidit. supino cæsum.*

Sic composita occido occidi occisum, incido in-
cidi incisum, præcido præcidi præcisum, e in i con-
uersa. *Cedo, absq; diphthongo, cessi, cessum.* Sic
concedo concessi concessum, succedo successi suc-
cessum, &c. *Fido fisis sum, anomalon est.* Et à
fido Priscianus nullum dicit extare præteritū. Vti- Lib. 10;
mur tamen pro eo sedi, quod à sedeo uenit.

II. Cætera quæ uocalē breuem, aut
cōsonantē ante d habēt, per di præterita faciūt, per
sum supina. nam ex di ex si in sum ferè mutātur: ut,
mādo mādi māsum, scādo scādi scāsum, ascēdo ascē-
di ascēsum, &c. prehēdo prehēdi prehēsum, accē-
do accēdi accēsum, defendo defendi defensum, offen-
do offen-

do offendī offendū, edo edi esum, ambedo ambedi ambesum. Sic cætera composita, præter comedo, quod facit comedī. comesum & comedū.

Cicero pro A. Cluen. Celerius potuit uenēnū *comesum*, quām epotum, in uenas permanare?

Excipiuntur & hinc, fundo fudi fusum, abiecti n. fundo fidi fissum, ss geminato. Scindo scidi, quod uetustissimi etiam sciscidi dixerunt, scissum.

Aetius apud Prisc. Non ergo aquila, ita ut predicant, scisciderat pectus. Plautus in Pseud. act. 3. scen. 2. scindidi dixit.

. 3. Aeneid.

Pando pandi passum. ut apud Virg. Passis de litore palmis. Et quæ inde ueniunt: ut, expando expandi ex passum. Dispando dispandi dispessum, am Act. 2. sc. 4. e conuerso. ut, Dispessis manibus, apud Plautum in Milite. Posteriorēs tamen etiam pansum ex expansum, seruato n. dixerunt, ut ex Gellio apparet, cap. 25. lib. 15. Item diuido diuisi diuisum, quod superiora, quæ longam penultimam habent, imitatur.

Et quæ primā geminant: ut, cado cecidi casum: cuius unum tantum compositum extat, occasus. Cetera à cado, supina aut uerbalia non faciunt.

Sueton. in Aug. Cūcta in ipsos recasura. Et Cicero ad Att. li. 4. ep. 15. Id ego puto ad nihil recasurū.

Pendo pependi pensum: à quo appendo appendi appensum, suspendo suspendi suspensum, &c.

Tendo tetendi tensum & tentum. Sic & compo. 2. Metam. sita, extendi extensem. Ouid.

Sperat et extenso stringi uestigia rostro.

et extentum. Ostendo ostendi ostensum et ostentum. Hinc frequentatiuum ostentare. quanquam in hoc prior terminatio frequentior est. Cætera poste riore magis gaudent: ut, intendo intendi intentum, obtendo obtendi obtentū, prætendo prætendi prætentum. Et tundo, quod tutudi facit, breui penultima. ut Aeneid. s. Et lapsa ancyliæ cœlo Extuderat, &c. Quanquam Ennius eandem syllabā etiam In Annalib. produxit: ut, Virosq; ualentes Contudit crudelis hyems. Supino tunsum et tusum, ut 1. Aeneid. Et tunsa pectora palmis. Et 4. Georg.

Proderit et tusum gallæ admiscere saporem, &c. Quam terminationem et composita retinuerunt: ut, contundo contudi contusum, extudo extudi extusum, &c.

III. Composita à do, primitiui formam sequuntur, penultima uocali in i mutata: ut, addo addidi additum, reddo reddidi redditū, quod alterum d euphoniae gratia assumpsit. Vēdo, ex uenndo, uendidi uenditum. Credo credidi creditum: quod quasi cretum do, Priscianus dictum ait.

Condo cōdidi conditum, abscondo abscondidi absconditū. Nam in 2. Philip.* Ciceronis est ab- * Erant for sconditi. Fecerunt autem et absconsim, id ego non tasse gladij, incmini me legere. sed tamen absconditi.

GO.

In go, quæ rante g habent, præteris si faciunt, supinis sum: ut, mergo mersi mersum: tergo, quod ex tergeo dicitur, tersiter sum: spargo sparsi sparsum.

II. Cætera in go, pleraq; xi faciunt præteritis, etum supinis: ut, sugo suxi suctum, quo uetustissimi etiam in secunda cōiugatione usi sunt.

Rego rexī reclūm: & quæ inde fiunt, surgo surreclūm, pergo perrexī perrectū, porrigo porrexī porrectū, &c.

Item cingo cinxi cinctū, tingo tinxi tintū, iungo iunxi iunctū, &c.

Et in quibus u post g silet, stinguo stinxi stinctū, extinguo extinxī extinctū, unguo unxi unctū: ninguo ninxi, absq; supino. quæ duo tamen etiā ungo & ningo frequenter scribuntur.

Lib. io. Ab ango quoq; anxi & anctū facit Priscianus. Diomed.li. tametsi participium anxus, quo idem ueteres quo-
xi. Angor dam usos tradit, & deriuata, anxious & anxietas passiuo pre diuersum arguant. teritū de-

dit anxus Ango differentiæ causa seruauit n in supino, an-
sum, sed nō etum. nam ab ago, actum fit.

est iti usu. Sed abiçciunt n in supinis hæc: pin-
go pinxi pictum, fingo finxi fictum, mingo minxi

Lib. io. miçtum, stringo strinxi strictum. Quibus addit Pri-
scianus & ringo rictum, quod ab eo uerbale rictus
descen-

descendat. Figo autem, fixi fixum facit.

III. In his quæ sequuntur, *gi* præteriti character est, *ctum* supini. Ago egi actum. Sic composita, cogo coegi coactum, redigo redigi redactum: dego degi, absq; supino, &c. Frango fregi fractū: ex cōposita, effringo effregi effractū, refringo refregi refractū, &c. Lego legi lectū: ex composta, colligo collegi collectū, eligo elegi electū, &c.

Exceptis tribus his, quæ præterito xi habent, diligō dilexi dilectum, negligō neglexi neglectū, intelligō intellexi intellectum.

Tango autē, tetigi facit præterito, tactū supino.

Pango, quod ex pago dixerunt ueteres, pepigi Cicero ad Ex panxi, pactum: quod idem est quod figo, natum Herē.lib.2. à græco πίγυμι, ut uidetur. Vnde ex clauum pangere, i Liuius dixit. Et 2 Columella, Malleolis pangere. Et depactam quercum, 3 Plinius. Rē ubi pangunt, oratione pangunt.

1 Lib.7. Dec.1. Qui prætor maximus sit, idibus Septembribus clauum pangat.

2 Lib.11. cap.2. Malleolisq; quām recentissimis curiosissimè pangenda.

3 Lib. 24. cap.1. Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depacte moriantur.

Huius tamen compositum impingo, impegi præteritū facit. Scribit enim Priscianus, à pango etiam Lib.10. impegi præteritū uetus fuisse. Sic ex compingo compagi compactum. Plautus in Amphit. Quid faciam Act.1. sc.1. munc,

nunc, si tres uiri me in carcerem compegerint?

Pungo, pupugi et punxi, punctum. Repungo
repupugi, seruata reduplicatione, et repunxi, sed
diuersa significatione, repunctum.

Priscianus lib. 10. Cum ei qui nos pupugit, talio
nem, id est, uicem à nobis redditā ostendimus, re-
pupugi dicimus: quando uero de ratione, uel Ca-
lendario loquimur, repunxi dicimus.

Expungo, expunxitantum, expunctum. com-
pungo compunxi compunctum, dispugo disfunxi
dispunktum, &c.

H O.

In ho, præteritis xi faciunt, supinis
ctum: ut, ueho uexi uectum, traho traxi tractum,
cum compositis.

I O una syllaba.

In io syllabā, unum est, meo, quod
præteritum et supinum à mingo mutuatur, meo
minxi mictum. Hinc micturio desideratiuum, quo

Satyr. 6. Iuuenalis usus est.

Noctib. hic
ponūt lecti-
cas, mictu-
riunt hic.

L O.

In lo desinentia, lui præteritis faciūt,
supinis tum: ut, colo colui cultum, o in u conuerso.
Voluo uolui uultū, αναλογινῶς, sed in usu non est.
hinc uultus. Sic consulo consului consultum, occulo
occului occultum. Molo, molui molitum facit.

Alo, alui alitū et altum. ut apud Ciceronem pro

Plancio:

Plancio: Vbi altus est. Hinc uerbale altilis.

i i. Quę geminant l, uariant. Fallo, fefelli falsum facit: refello refelli, absq; supino. Pello pepuli pulsuum, depello depuli depulsuum. sic cætera composita. Vello, uelli & uulsi, uulsum: auello, a- uelli & auulsi, auulsum. Lucanus lib. 9.

Auulsiq; manu, piloq; affixit barenis.

Percello perculi perculsum. Vulgo autem etiam perculsi apud Terentium legitur: ut, Perculsi ilicò Riuius le- animum. Sed huius præteriti nemo ueterum Gram= git Percus- maticorum meminit. fit.

Excello, quod & excelleo dixit Cicero, excel- lui excelsum, autore Prisciano. †

† Lib. 10. ut hoc exemplum ex i. Epist. ad filium adducit. Quare effice & elabora, ut excelleas.

Sic & præcello præcellui præcelsum: & ante- cello antecellui, absq; supino.

Sallo, quod & sallio dicitur, salli salsum facit.

Psallo psalli, sine supino. Tollo sustuli sublatum, anomalon est. Veteres & tetuli præterito dicebant, tam ab hoc, quam à tulo, quod ijsdē, ut † Priscianus ait, in usu fuit. * Terentius: Nam pol id si scissem, nunquam huc tetulisse pedem. Sed posteriores à fero, quod pro tulo hodie utimur, tuli & latum di- cere maluerunt.

Valla lib. 5.
cap. 13.

† In eodem
libro.

* In Andria
act. 4. sce. 5.

M O.

In mo, quæ uocalem ante m longam
p habent,

habent, præterita per ps̄i faciunt, supina per ptum:
ut, demo demps̄i demptum, promo promps̄i prom-
ptū, como comp̄si comptū, sumo sump̄si sumptū, etc.

II. Cætera per ui diuisas syllabas præ-
terita faciunt, supina per itum analogicōs: ut, uo-
mo uomui uomitum, gemo gemui gemitum, fremo
fremui fremitum.

Exceptis, emo emi emptum, cum compositis: ut,
redimo redemi redemptum, adimo ademi ademptū,
dirimo diremi diremptum, &c.

Et premo, quod pressi pressum facit, cum ijs que
ab eo descendunt: ut, reproto reproto represso
comproto compproto compressum.

N O.

In no, præterita desinunt in ui sylla-
bam, supina in tum: ut, sterno strau stratum, sperno
spreui spretum, per metathesin. Sino siui situm, lino
leui litum, penultima breui. Sic & composita, obli-

In Heautō. no obleui oblitum, relino releui relitū, &c. Terent.
act.3. sce.1. Dolia releui omnia. Veteres etiam lini dixerunt in
Quintil. in præterito, & à limire, quod reperimus multis locis
1. Decla. Mariti tui usurpatum esse pro lino, liniui.

cruore pari A cerno quoq; ueteres creui, pro uidi usur-
&tē linisti. runt: id nunc repudiat usus. Hinc composita, deca-
no decreui decretum, secerno secreui secretum, di-
scerno discreui discretum, &c.

Excipe à regula, temno temp̄si temptum. Pono
possum

posui, quod & posui dixerunt ueteres, positum.

Gigno genui, quod ab antiquo themate factum est, genitum.

Lucretius lib. 4. Totum posse extra corpus durare genique.

Et cano, quod cecini cantum facit: cuius tamen composita in præteritis in ui diuisas syllabas degenerant: ut, occino occinui occentum, succino succinui succentum.

P O.

In po, que l, uel r, uel e longum ante p habent, præteritis psi, supinis ptum faciunt: ut, scalpo scalpsi scalptum, sculpo sculpsi sculptum, carpo carpsi carpum, repo repsi reptum.

Cetera uariant: ut, strepo, quod e breue habet, strepui strepitum. Rumpo, rupi ruptum facit. Sic & corrumpo corrupi corruptum, &c.

Q V O.

In quo, duo sunt, coquo & linquo. Coquo, coxi coctum facit. Linquo, liqui licetum. sic & composita.

R O.

In ro desinentia, præterita faciunt in ui syllabam, supina in tum. nam ui simpliciter hæc avæloyicæ in tum mutari solet: ut, tero triui tritū, quero quæsiui quæsitum, penultima longa.

Sero seui satum, breui a. Veteres autem, ut Pri-

p z scianus

Plautus in
Pseud. act. 5
sc. i. Illico
palliū illud
posui.

Probus oc
cini quoq;
existimat
posse dici,
teste Prisci
ano lib. 10,

' Lib. 10. scianus ostendit, etiam serui præterito dixerunt, à Cato: Se quo supinum fertum, quam uocem composita que- ruit ibi hor dam retinuerunt: ut, dissero disserui dissertū, af- deum. sero asserui assertum, deserо deserui desertum, exer- * quæ mu- ro exerui exertum. ut apud Ouid. i. Fast. tant simpli cis signifi- cationem. Felices animæ, quibus hæc cognoscere primū, Inq; domos superas scandere cura fuit.

Credibile est, illos pariter uitijsq; iocisq;

Altius humanis exeruisse caput, &c.

Insero autem, & consero, duplicita faciunt præte- rita & supina: ut, insero inserui insertum, cum signi- ficat admisceo, seu interpono. Sic dicimus: Homeri poematis quidam nothi uersus inserti sunt. &, Pro- pheticis libris apocrypha quedam scripta inserta sunt. Dicuntur autem, ut hoc obiter admonea- mus, apocrypha, occulta: non ut uulgò putant, in- certi autoris, seu & dæctoræ, sed quod illis publicè in templis non licebat uti. Nam in docenda religio- ne nolebant admiscere humana scripta. Itaq; com- mentarios hominum recipiebant in templo, nec au- toritatem illorum ualere uoluerunt, & iusserunt a- pocrypha esse: hoc est, latentia, non publica, non re- cepta scripta.

Et insero inseui insitum, quum significat germa- nicè impffen, græcè εμφυτσόνιον.

Consero conserui consertum, pro commisceo. & consero conseui constitū, cum significat besehen- ut apud

ut apud Virg. En queis conseuimus agros?

In Buc.ec.1

Ab obsero, obsitus solum extat. Terent. Pannis annisq; obsitus.

Variant autem à regula, gero ges̄si gestum, uro usi ustum, cum compositis. Vero uerri uersum. ut apud Catonem: Villā conuersam mūdamq; habeat.

Cap.143.

Et curro cucurri cursum. Huius & composita pleraq; Latini antiquiores prima reduplicata in præteritis protulere, ut Priscianus indicat. Sed posterio-

Lib.10.

*res ferè maluerunt aliorum in his etymologiam sequi: ut Virg † Decurrere iugis. Et * Liuius: In fines*

†4.Aene.

Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam iusti more belli. Extat tamen & apud Terentium,

*Lib.1.De-cad.1.

præcucurri, in Hecyra: ut, Vna illarum interea pro perè præcucurrit, nunciās. Ita enim legit hunc uer-

Act.3.sce.3.

sum Priscianus, neq; aliter trochaicus constare po-test. Et apud Plau.in Stich. Præcucurri, ut nuncia-

Act.2. sc.2.

rem nuncium exoptabilem. Quare hoc uerbum seorsim quidam Grammaticorum notauere. Sed eo dem modo notanda erant, & excucurri, quod † Cæsar usurpauit, & Diomedes inter usitata refert: &

Lib.1.

*procucurri, quo * Liuius alibi usus est.*

†Apud Prisc.lib.10.Excucuristi à Neapoli.

*In 20.lib.ab urbe condita,citante Prisciano li-bro 10.Et si ferocius procucurrisse.

Verūm in his, ut ubique aliás, obseruandum est, quid posteriorum usus approbarit. Multa enim ue-

teres suo modo ac iure dixerunt, quæ posterior etas repudiauit.

Furo, dissyllabum est, caretq; præterito et supino: sed mutuamur ab insanio, insaniui et insanitum.

Fero tuli latum, ad anomala pertinet.

S O.

In so desinentia, iui faciunt præteritis, itum supinis, penultima longa: ut, lacefso lacefui laceffitum, accerso accersiui accersitum.

Excipe, uiso uisi uisum, incesso incessi. ut apud

Lib. 3. Curtium: Non mediocris omnium animos formido
Liuius li. i. incesserat. quod certè ab incessiui fieri non potuit.
dec. i. Ti-
mor dein-
de patres
incessit,
Columel.

lib. 2. cap. 9

Panicum
pinsitum, &
euolutum
furture.

Facefso facefci, capesso capessi, absq; supinis.

Cicero in 6. Verr.: Cum audissent ei negocium
faceffitum.

Pinso, pinsui pistum facit.

Quæfso, inter defectiva numeratur.

T O.

In to, pleraq; præteritis ui faciunt, di
uisis syllabis, supinis sum, uel xum: ut, meto messui
messum: sterto stertui, absq; supino. necto nexui et
nexi, nexum. pecto, pexui et pexi, pexum. Nam ter-
minatio xi in præteritis, hæc' ævæloyiæv xum pa-
rit in supinis.

Excipe flecto, quod flexi tantum facit, et flexum.
Plecto plexi, quod tamen usurpari desijt, et plexum
analogicæs. Nam et amplexor, amplexus sum: et
comple-

complector, complexus sum, faciunt, quæ Priscianus à plecto composita facere uidetur.

Item, uerto uerti uersum, mitto mis̄um missum: peto petiuī petitum, penultima longa. sic & cōposita.

Sisto, mutuatur à statuo, præteritum statui. Gel- Val.li.5. ca.
lius & dicit, stiti præteritum huius uerbi fuisse, quod 6. facit supi
& composita retinuerunt: ut, resisto restiti, subsisto num huius
substiti, &c.

† Lib.2. cap.14. Si uadimonium capite obuoluto
stitisses.

VO una syllaba.

In uo syllabam desinentia, præterita in ui syllabam, supina in tum faciunt: ut, soluo sol
ui solutum, uoluo uolui uolutum, penultima longa.
Redit autem consonans u in uocalē, necessitate pro
nunciationis. Sic & caluo calui calutum, antiquum
uerbum, idem quod decipio, à quo Priscianus ca- Lib.10.
lumniam deriuari putat. † Sed deponenitaliter.

Plautus in Casin.act.2.sce.2. Nam ubi domi so-
la sum, sopor manus caluitur. id est decipit.

Excipitur, uiuo uixi uictum, & quæ inde fiunt:
ut reuiisco reuixi, &c.

X O.

In xo, unum est, texo: quod præte-
rito texui facit, supino textum.

Addit Priscianus & nexo nexui nexū. ut apud In lib. s̄epe
† Accium: Nos cōtinuò ferrum eripimus, omnibus citato.
manicas neximus. Vbi neximus, præsentis temporis † In Deiph.

esse apparet, quemadmodum & eripimus. Sed pro eo necto, & quod inde fit nexo, as, hodie utimur.

C I O.

Eorum quae in cōsiderantur, præteriti characterē est, cū nō supinū: ut, facio feci factū, iacio ieci tactū. sic & composita.

Excipiuntur à regula, composita à specie, quæxi præteritis, cū supinis faciunt: ut, aspicio aspexi aspectum, despicio despexi despactum, &c.

Et à lacio: ut, allicio allectum, pellicio pellexi pellectum. Præter elicio, quod elicui & elictum facit. Liuius: Ad colloquium uatem elicuit. Et Lucan.lib.9.

Virus & elictum, iussu mī: exire repugnat. Tametsi uetusissimi etiam à pellicio & allicio, pellicui & allicui dixisse reperiantur.

Quorū exē
pla Prisc.in
principio
10.lib.recē
set. Cæterū facio, ut hoc quoq; obiter annotemus,
cum uerbis uel aduerbijs compositum, nō mutatu
calem simplicis: ut, calefacio calefeci calefactum, be
nefacio benefeci benefactum, &c. Cum nominibus
autem compositū, etiam in primam coniugationem
degenerat: ut, magnifico, as, are: latifico, as, are.

D I O.

In dīo, unum est, fodio, quod facit
præterito fodi, supino fossū. sic & composita.

Apud Catonem cap.2. de Re rust. & Plautum in
Milit.act.2.scen.4.fodiri leges.

G I O.

G I O.

In gio, gi præteritis faciunt, supinis
itum: ut, fugio fugi fugitum, configio configi con-
fugitum, &c. penultima breui.

P I O.

In pio desinentia, uariè formant pre-
terita & supina: ut, rapio, rapui raptum facit: ca-
pio cepi captum. Sic & composita, incipio incepi
inceptum. Cupio cupui cupitum.

Cupiret in

Sapio, sapiui antiquè, & sapui. quod posterius 4. cōiuic.
composita fere imitantur: ut, desipio desipui, resipio Lucrē.
resipui, absq; supino. lib. i. d.

Q V I O.

In quo, unum est, in quo, à quo in-
quisti inquit præterito dicitur, quod uerbum inter
defectiva numeratur.

R I O.

In rio, unum est quoq; pario, quod
præterito facit peperi, supino partum. Ab hoc pa-
riturus participium, i interr & t assumit. ut apud † Hippoly-
Statium 12. Theb. Atq; hosti ueniat † paritura ma- te Amazo-
rito. Vetustissimi autem & parire quarta coniuga nū regina,
tione dixerunt. ut Ennius: quam Her-
Oua parire solet genus pennis condecoratum. cules præ-
Hinc composita, reperio, comperio, & similia, deri llio uictam,
uari uidentur. Theseo bel lorū socio
in uxorem

In *tio* desinens, *quatio*, cum compo-
sitis, *præteritum* per *si* facit, *supinum* per *ssum*, *ffe-*
minato: ut, *quatio* quasi *quassum*, *concutio* *concus-*
si *concuſſum*, *percutio* *percusi* *percusſum*.

V O dissyllabum.

In *uo*, duas syllabas desinentia, *præ-*
teritis *ui* faciunt, *supinis* utum penultima longavit,
imbuo *imbui* *imbutum*, *induo* *indui* *indutum*, *arguo*
argui *argutum*, à quo tantum *arguiturus* participi-
um inuenitur*. Diluo dilui dilutū. Sic cætera eius-
dem formæ, siue composita, siue simplicia.

* Apud Sa-
laſtiū in 2.
Hist. teste

Prisciano. Excipe, struo struxi structū, fluo fluxi fluxum:
Liuius li.3. quod tamen aliquando et fluctum fecisse, uerbale
Dec.3.La- fluctus indicat. Pluo, plui et pluui, plutum, cuius su-
pidibus cir pini in cōpositis usus est: ut, Lapiðes cōpluti, apud
ca id tem- Catonē in Orig. Luo lui, meto metui, absq; supinis.
plū pluuit.

Claudianus in 6. cōſulatu Honorij: Vastato tan-
dem pœnas luitura profundo.

Lucan li.4.
Ruituraq;
semper
Stat mirū
moles.

Ruituraq; Et quæ penultimam supini corripiunt: ut, ruo
semper rui rutum, et ruitum, à quo ruiturus: tametsi huius
Stat mirū composita priore terminatione magis gaudent. Et
moles. antiquum suo, à quo sūi præteritum, et futurus par-
ticipium, reliqua mansere.

In quibus autem uim literæ amittit. ut sunt, un-
guo, ninguo, stinguo, linquo, coquo, et c. ex eorum
regulis iudicentur, quæ in go uel in quo desinunt,
de qui-

de quibus suprà diximus. Atque in hunc modū præterita & supina iuxta terminationes præsentium uariant. Reliqua tempora hæc analogiae declinabis, secundum formulam uerbi *Lego*, quæ in Do nato extat.

DE PASSIVIS ET Deponentibus.

Passiuua (ut suprà) mutuantur à par-
ticipijs præterita*: ut, legor lectus sum, ducor du-
ctus sum, &c. Extat & horum coniugandi formu-
la apud Donatum.

Imitantur formulam passiuorum deponētia quo
que, & communia. nam ex supinis finguntur parti-
cipia & præterita. Supina uero in singulis termi-
nationibus qualia fiant, ex regulis superioribus ap-
paret. Verūm quia nōnulla etiam ex his ab analogia
discidunt, uno in loco omnia hic adscribenda puta-
uimus: ne procul querendo, puerorum ingenia di-
straherentur. Sunt autem hæc:

B O R.

Labor lapsus sum: à quo composita, elabor el-
apsus sum, dilabor dilat̄, .s sum, prolabr prolapsus
sum, &c.

C O R.

Adipiscor adeptus sum. quod Varro dicit esse à
ueteri uerbo* apiscor, unde fit aptus.

Plautus in Trinum. act. 2. scen. 2. passiuè dixit:

Non

*quæ à po-
steriori su-
pino formā
tur in acti-
uis. Ergo si
desit supi-
num, deest
& partici-
pium prete-
riti tempo-
ris.

* Quætiā
Plaut.uti-
tur in Epi-
di. act. 5. sc.
2. Sine me
hominem
apisci.

Non ætate, uerùm ingenio adipiscitur sapientia.

Comminiscor commentus sum: cuius cognatum reminiscor, præterito prorsus caret.

Defetiscor defessus sum, à primituo fatisco.

Expergiscor experrectus sum, quod uetusissimi etiam expergitus dixerunt.

Lucil. in 3. E` somno pueros cum manè expertus clamas. Vide Diomedem lib. i. Et Apuleius in lib. 8. de Aureo asino: Expergite, mi ausculta.

Irascor iratus sum, nascor natus sum, nāciscor natus sum, obliuiscor oblitus sum, penultima longa paciscor pactus sum, proficiscor profectus sum, ulciscor ultus sum. uescor, quod præteritum omnino non habet.

G O R.

Fungor functus sum: cum compositis, perfungor perfunctus sum, defungor defunctus sum.

Q V O R.

Loquor locutus sum. sequor secutus sum, cum cōpositis: ut, eloquor elocutus sum, persequor perfectus sum, & similia. Liquor, sine præterito.

R O R.

Queror questus sum. Sic & cōpositum, conqueror conquestus sum.

T O R.

Amplexor amplexus sum, complector complexus sum. Diuertor diuerti, sumpto à uoce actiu præterito. Reuertor reuerti, apud † Ciceronem.

† Lib. 10.

† Lib. 10. Epist. famil. epistola 17. Ad illū animum
meum reuerti pristinum.

¶ reuersus sum. Nitor nisus uel nixus sum, utor u-
sus sum. sic ¶ abutor abusus sum.

O R purum.

Fruor fruitus sum, ¶ fructus. Ab hoc uerbo ¶ Valla lib. 5.
fretus uidetur factum. cap. 5.

Et quæ in tertio ¶ quarto ordine coniugata re-
periuntur: orior ortus sum, à quo participium fuiu-
ri temporis, oriturus. Morior mortuus sum, à quo
moriturus. ¶ potior potitus sum.

Fuit ¶ tuor, tutus sum, antiquum deponēs, pro
eo quod est uideo. Ab hoc sunt composita, † contu-
or, intuor, ¶ obtuor, quibus Plautus alicubi usus
est. ¶ uerbale * obtutus, apud Virg. Obtutuq; hæ-
ret defixus in uno. Sed posteriores in eadem signifi-
catione, intueor, contueor, ¶ c. à tueor in secunda
coniugatione dicere maluerunt. Nam ¶ tueor, pro
uideo simpliciter dixit Virgilius: ut,

Talia dicentem iamdudum auersa tuetur.

4. Aeneid.

† Plautus in Persa, act. 2. scen. 2. Fœminam scele-
stam te astans contra tuor. Idem in Asin. act. 1. scen.
1. Argentum tam paratum filio scio esse, quam me
hunc scipionem contui.

Quemadmodum rursus tuor, pro tueor usurpasse
ueteres, in dicio sunt uerbalia tutus ¶ tutor.

Tutus sum ab hostibus, hoc est, munitus. Valla
lib. 1. cap. 30.

Aeneid. 5.
* quo Cic.
sepiissimè
utitur.

D E

Prisciano
citante lib.
10. de præ-
terito quat
tæ coniu-
gationis.

In quarta coniugatione, præteriti character est iui, supino itum, penultima longa: ut, cio ciui citum, suffio suffiui suffitum: quod cum à fio uideatur esse factum, tamen illi dissimile est in coniugando. Sic & sallio sallui fallitū. ut apud Neuium: Salliturus isthæc, mittam salem. Nam salsum & sal-
furus, à fallo fiunt, quod tertij ordinis est, ut à fallo falso.

Admittunt autem syncopam præterita hæc, que in iui exeunt: ut audij audijsti audijt, sœuij sœuijsti sœuijst: quemadmodum & petij petijsti petijt, amui amasti amarunt, & similia.

Desinuntq; in io huius cōiugationis omnia, pre-
ter eo & queo, cum compositis.

Sed uariant à regula:

1. In cio desinentia polysyllaba, qua si n ante c habuerint, præteritis xi faciunt, supina in etum: ut, uincio uinxu uinctū, sancio sanxi sanctum: à quo tamen ueteres etiam sanciui & sancitum dixe-
Lib.1. runt. Lucretius:

Quod porrò nequeas, sancitū quandoquidē extat.

Sin olim cōsonantem aut uocalem ante c habuerint, præterita quidem in si formant omnia: supina autem, in quibus l uel r præcedit, in tum: ut, fulcio fulsi fultum, farcio farsi fartum, reff-
gio

cio refertum. sic cætera composita.

*Sarcio sarsi fartum. Cato de Re rust. Si bene sar Cap 39
seris, aut bene alligaueris, &c. Et, Sarta tectaq; ha-
bere, apud Iuris consultos.*

Festus lib. 17. Opera publica, quæ locantur, ut in
tegra præstentur, sarta tecta uocatur. Sarcire enim
est, integrū facere. Hac locutione Cicero sæpe u-
sus est. Significat autem fartum tectum habere, in-
tegrum & incorruptum seruare. Plaut. in Trinum.
act. 2. scen. 2. metaphorice usus est hoc uerbo: Sarta
tecta tua præcepta pater usque habui: hoc est, un-
guem latum à tuis præceptis non discessi.

Cætera si in sum uertunt: ut, raucio
rausi rausum, irraucio irrausi irrausum. Cicero 1.
de Orat. Itaq; nos raukos sæpe attentissimè audiri
uideo: tenet enim res ipsa, atq; causa. At Aesopum,
si paulum irrauerit, explodi, &c. Ita enim ex Pri- Lib. 10.
scianum legere uideo *. Et Lucilius: In 19.
Rausuro, tragicus, qui carmina perdit Oreste.

* Legitur enim irrauerit, in Aldi editione.

II. Variant & hæc: uenio ueni uen-
tum, cum compositis. Sentio sensi sensum, haurio
† hausi * haustum.

† Inuenitur tamen etiam hauriui, uel haurij. Var-
ro in 24. ad Ciceronem: Quum inde haurierint.

Sepio sepsi septum, sepelio sepeliui sepultum. Sa-
lio, † salij & salui, saltum. nam saliu nusquam apud
autores reperitur.

† Virg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos salie
re per poenas.

* Vir. 4. Ae-
neid. Sup-
plicia hau-
surū scopu-
lis, dixit.

Statius lib.
1. Achil.

Hausurum
re per poenas.

re per utres. Ouid. 4. Fast. Per flammas saluisse pe-
cus, saluisse colonos. Et composita posterius im-
tantur. Ouid. 11. Metam. Cum s̄epe assiluit defens
m̄enibus urbis.

*Et quæ à pario composita uidentur: aperio ape-
rui apertum, operio operui opertum, reperio repe-
ri repertum. Comperio (quod tamen uix inuenia-
nā pro eo comperior ferè utimur) cōperi cōpertū.*

Addit Priscianus & cambio campsi, à ueſibou
Lib. 10. gr̄ecē: à quo frequentatiuum campsare, quo Ennius
ufus fuit. Sed hæc abolita sunt.

*Et aio, à quo quidam Ait præterito dici uolumt,
inter defectiua recensetur.*

Ferio, tam præterito quam supino caret.

Eo autem, & queo. cum ijs quæ inde nascuntur,
præterita quidem iuxta regulam faciunt, supina au-
tem in itum, penult. breui: ut, eo iui itū: abeo, abiui
& abij, abitū: redeo, rediui & redij, redditum, &c.

Ouid. 1. Metam. Poscebatur humus, sed itum est
in uiscera terræ

*Queo quiui quitum. Terent. in Hecyr. Nam cum
Act. 4. sc. 1. compressa est gnata, forma in tenebris nosci nō qui-
ta est. Iambicus est tetrameter.*

*Præter ambio, quod quia e in i mutauit. partici-
pium quoq; ambitus penultima longa fecit. Ouid.*

1. Metam. Iussit & ambitæ circundare littora terræ.

Nomen autem ambitus, i breue habet. Lucan. lib. 1.

— Lethalisq; ambitus urbi,

Annua uenali referens certamina campo.

*Et ueneo ueniui, uel uenij: à quo supinū uenum,
pro uenitum usurpamus.*

Hic etiam monendi pueri sunt, in præterito im
perfecto uerbi eo, \dagger ibam dici, non iebam, ut audie
bam: & futurum geminum esse, eam & ibo. Qua
forma & in alijs multis antiquiores usi sunt: ut, sci-
bo, quibo, opperibor, &c:

\dagger Veteres hoc modo alia quoq; uerba sine élite
ra pronunciabant. Virgil. 7. Aeneid. Nutribant Ita
Terent. in Eunū. act 1. scen. 2. Neq; scibat. Idem in
Phor. act. 4. scen. 3. Homo insanibat. Vide Pris. li. 9.

Formula coniugationis extat apud Donatum.

*Passiva mutuantur præterita perfe-
cta, ut & in alijs coniugationibus, à participijs: ut,*
audior auditus sum, molior molitus sum, &c.

*Et ad hanc formam etiam déponen-
tiā coniugato: ut, largior largitus sum, molior mo-
litus sum, potior potitus sum, &c.*

*Excep'is, comperior, quod comperi facit actiua
uoce: experior expertus sum: opperior opportus
sum, apud \dagger Teret. & opperitus sum, apud * Plau \dagger In Phorm:
tum in Mostell. ut, Seni ocium non erat, id sum op- act. 3. sce. 2.
peritus. Metior mēsus sum, ordior orsus sum, orior * act. 3. sc. 3.
ortus sum, à quo exorior exortus sum, adorior ad-
ortus sum, &c. Sed est inde tamen oriturus partici-
pitum anomalum. Degeneratq; hoc uerbum in ter-*

tiam coniugationem alijs casibus, præter oriri &
oriris. tametsi Ouidius etiam oreris fecit: ut,

Li.10. Met. Tu toties oreris, uiridiq; in cespite flores, &c.

Quam potuimus, breuiissimè cōplexi sumus for
mulas præteriorum & supinorū. Superest nunc,
ut usu loquendi pueri eas sibi faciant familiares.
Nā in sermone coget eos res ipsa, obseruare uari
atem temporum & casum: quam deprehendent
facilius, si in Germanico sermone eandem uarieta
tem in uerbis animaduerterint.

DE HETEROCLITIS, Anomalis, & Defectiuis.

Pris.lib. 10. Sunt autem, quemadmodū inter nomina, ita &
de Verbo. uerba quædam ēt spóna:ta, hoc est, quæ uariè con
iugarunt ueteres: ut, lauo, as, are: & lauo, is, ert.
10. Aeneid. ut, Lauit improba teter Ora cruor, &c. Virg.

Tergeo, es, ere. ut, Vasa aspera tergeat alter. Iu
uenalis satyr. 14. & tergo, is, ere.

Ferueo, es, ere, usitatè: & feruo, is, ere. ut, Fer
uere Leucaten, &c. Virg. Aeneid. 8.

Strideo, des, dere: ut apud Lucanum in 6. Fer
lis strideat umbra. & strido, is, ere: ut, Striduntq;
cavernis Stricturæ chalybum, &c. Aeneid. 8.

Fulgeo, es, ere, usitatè: & fulgo, is, ere. ut, Al
Virg. 8. Ae. roq; effulgere fluctus. Ibidem.

Oleo, es, ere, communiter: & olo, is, ere. apud
Act. 1. sc. 1. Plaut. in Mostel. Non omnes possunt olere unguen
ta exo-

ta exotica. Est enim Senarius Iambicus.

Vt testatur Priscianus lib. 8. de coniug.

Sugeo, es, ere, apud eundē in Epid. Ego me uer. Act. 2. sc. 2.
tam in hirudinē, atq; horum exugebo sanguinem.
Sugo, is, ere, usitatē. Lino, is, ere: & linio, is, ire.

Fodio, is, ire: & fodio, is, ere, sed antiquē: ut,
Vepres recidi, hortum fodiri, &c. Cato de re Rust. Cap. 2.

Sic & deponentia quædam: ut, tueor, eris, eri,
usitatē: & tuor tueris tui, de quo suprà paulo me-
minimus. Potior, eris, tertiae: à quo potitur, penul-
timā breui dixit Virg. ut, Auro ui potitur, &c. & Aeneid. 3.
potior potiris potiri, usitatē, cuius tertia persona
singulare Lucilius usus est: ut,

Lib. 5.

Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.

Nunc tamen eadem breui ferè i utimur.

Orior, eris, itur, i breui, usitatē: & orior quartæ, à
quo orirer & oriri reliqua mansere. Idem au-
tem Lucilius & oritur, i longa dixit: ut,

Lib. 3.

Conturbare animam potis est, quicunq; adoritur.

Morior, eris, itur, usitatē: & morior quartæ, à
quo infinitius moriri. ut Ouid. 14. Metamor. Om-
nemq; tremiscens Ad strepitum, mortemq; timens,
cupidusq; moriri, &c. Et apud Terent. in Eunuch. Act. 3. sce. 1.
Risu emoriri omnes qui aderant. Ennius aut etiam 14. Anna-
dixit: Seu uiuimus, siue morimur. i longa. lium.

Quibus fortassis & alia similia reperias: sed
hæc, ut communiora, annotasse satis est.

Sunt & anomala uerba quædā: ut,
gaudeo gaudes gaufus sum, prædeo prandes pran-
sus sum, mæereo mæres mæstus sum, soleo soles so-
litus sum.

Priscianus lib. 2. Vsu huiusmodi uerba magis de-
ficiunt, quām ratione analogiæ. Quid enim prohi-
bet, uerbis quoq; eorū uti, nisi deficeret autoritas?

Fio, fiebam, factus sum, fiam, cum fierem, & fie-
ri infinitiuo.

Ab hoc legitur si & sive, apud Plautum, uelut in
Persa, act. i. sc. i. Age si benignus. Idem in Pœnuli
prologo: Qui non edistis, saturi sive fabulis.

Item, eo, ibam, ibo: queo, quibam, quibo. Sic &
composita: ut, ueneo, uenibam, uenibō, à uenom &
eo: nequeo, nequibā, nequibo, contra morem quar-
tæ coniugationis.

Prisc. lib. 9. Huc pertinent & hæc, quæ Dona-
de generali uerbi decli-
natione. *tus coniugauit, sum, uolo, fero, & edo, cum compo-*
sitis: ut, adsum, aderam, adfui, adfueram, adero, ad-
es, adessem, adesse.

Potsum, poteram, potui, potueram, potero,
possem, potuissem, posse, &c.

Malo mauis mauult, malumus mauultis malūt.

Præt. imperf. malebam, bas, bat, &c.

Præt. perf. malui maluisti maluit, &c.

Præt. plus quam p. malueram, ras, rat, &c.

Futuro, magis uolam, les, let, &c.

Imperatiuo, malis, &c.

Optatiuo, mallem, malim & mauelim, &c.

Coniunctiuo, malim, mallem, maluerim, maluissem, maluero, &c.

Infinitiuo, malle, sine participio.

Nolo, non uis, non uult: nolumus, non uultis, nolunt.

Imperfecto, nolebam, bas, bat, &c.

Perfecto, nolui, uisti, uit, &c.

Plusquamperfecto, nolueram, ras, rat, &c.

Futuro, non uolam, non uoles, &c.

Imperatiuo, noli, nolito, &c.

Optatiuo, nollem, noluisse, nolim, &c.

Coniunctiuo, nolim, nolle, noluerim, noluisse, noluerio.

Infinitiuo, nolle, noluisse, absq; futuro. Hinc extat participium nolens.

Edo, es, est. Virgil. Est mollis flamnia medullas, 4. Aeneid.
&c. Pluraliter, edimus, editis, edunt. Cōiugatur tam
men & analogiūs, edo, edis, edit, &c.

Imperfecto, edebam, edebas, edebat, &c.

Perfecto, edi, edisti, edit, &c.

Plusquamperfecto, ederam, ras, rat, &c.

Futuro, edam, edes, edet, &c.

Imperatiuo, es, edat. Plural. este, edant.

Futuro, esto tu, esto ille. Pluraliter, edamus, esto te, edunt.

Optatiuo, utinam essem, effes, effet, &c. & ana-

logicūs,

¶ 3 logicūs,

Futuro, edam, edas, edat, &c.

Coniunctivo, cum edam, edas, edat, &c.

Imperfecto, cum essem, esses, esset, &c.

Perfecto, cum ederim, ris, rit, &c.

Plus quam perfecto, cum edissem, ses, set, &c.

Futuro cum edero, ris, rit, &c.

Infinitivo, esse & edere.

Perfecto, edisse.

Futuro, esum ire, & esurum esse.

Li. 3. de Ar- Gerundia, edendi, edendo, edendum. Ouid,
te amandi. Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi:

Ora nec immunda tota perunge manu.

Ne' ue diu præsume dapes: sed desine citrā

Quām cupias, paulo quām potes, esse minus.

Supina, esum, esu.

Participia, edens & esurus.

Hæc autem, quæ sequuntur, etiam
modis & temporibus certis deficiunt: ut, aio.

Indicatiuo, aio, ais, ait. Pluraliter, aiunt.

Imperfecto, aiebam, bas, bat, &c.

Imperatiuo, ai, antiquè. ut apud Neuium: An
nata est sponsa prægnans, uel ai, uel nega. Cætera
desiderantur.

Cicero li. 2. de Finib. Quasi ego id curem, quid
ille aiat, aut neget. Cicero in Topicis: Contraria
scientibus inquit.

SALVE, AVE, VALE.

Imperatiuo, salue. Pluraliter, saluete.

Infinitiuo, saluere.

Cicero ad Attic.li.6.epistola 2. Saluebis à meo
Cicerone.

*Sic aue & uale declinātur, cum sunt + salutandi + quib. salu-
uerba. ut apud Sueton. in Galba: Veterem ciuita-
tis, excoletumq; morem, ac tantum in domo sua hæ-
rentem, obstinatiſime retinuit, ut liberti seruiq; bis
die frequentes aderent, ac manē salucre, uesperi ua-
lere sibi singuli dicerent.*

tamus & ex-
cipimus ue-
niētes & ab-
eūtes. Vide
Vall. lib. 6.
cap. 30.

Dicitur etiam aueto, & auetote.

A V S I M.

Subiunctiuo, ausim, ausis, ausit. Pluraliter ausint.

Cætera desiderantur.

C E D O.

*Hec sola uox, pro dic, aut porrige, extat: ut Ce-
do dexteram. apud Terent.*

In Heau-
tont. act. 3.
scen. 1.

Cicero de Diuin.lib.2.Cedo tandem, qui sit or-
do somniorum?

F A X O.

Indicatiui futuruui est faxo, pro faciam.

*Subiunctiuo autem, faxim, faxis, faxit: & plura-
liter, faxint dicitur.*

F O R E M.

Optatiuo, forem, fores, foret. Plural. forent.

Infinitiuo futuro, fore.

Cōposita eodē modo formātur. Vall.li.1.cap.26.

Indicatiuo, inquio & inquā, inquis, inquit. Pluraliter, inquiunt.

Præterito perfecto, inquisti, inquit.

Imperatiuo, inque, inquietat. Ceteris caret.

Cicero in Topicis: Nihil hoc ad ius, ad Cicero
nem inquiebat Gallus. Idem in 15. lib. Epist. famili.
epist. 18. Vbi igitur, inquieres, philosophia tua? Idem
in 4. Verrin. Ergo, inquiet aliquis. Plautus in Aul.
act. 4. scen. ult. Ita dij faxint, inquito.

I N F I T.

Hæc una uox usurpatur, pro ait, siue cœpit, ut
ii. Aeneid. *apud Virg. Ita farier infit.*

Info autem apud Varronem inuenitur, teste Pri-
sciano lib. 8. de perso. uerbo.

Q V A E S O.

Lib. 10. *Quæso & quæsumus. Cætera desiderantur. Pri-*
scianus tamen & quæsiui, præteritum huius uerbi,
Li. I. Hist. *ex Salustio citat: ut, Pisonē quæsiuit, uti adolescen-*
tior, & populi suffragijs integer, ætati cōcederet.
Significat enim hic quæsiuit, idem quod rogauit.

M E M I N I, O D I, C O E P I.

Valla lib. 3. *Memini, odi, coepi, præsentis significationem ha-*
cap. 58. bent, & præteriti, una uoce. Flectuntur autem: In-
dicatiuo, memini, meministi, meminit. Pluraliter, m-
inimus, meministis, meminerunt & meminere.

Memineram, ras, rat, &c. quod imperfecti p-
riter & plusquamperfecti significationem habet.

Impe-

Imperatiuo, memento. Pluraliter, mememore.

Optatiuo, utinam meminisse, ses, set, &c.

Coniunctiuo, cum meminerim, ris, rit, &c.

Et meminero, ris, rit, quo tam indicatiui quam coniunctiui significatione utimur.

Infinitiuo, meminisse. Cæteris caret.

Priscianus autem, ex Liuio pocta etiam partici li u det m
piū meminens citat: sed hoc nunc prorsus exoluit. portus &
Liuius Erotopægnion 4. Meminens Varro cor foru at oe
de uolutat. parti pio-

Eodem modo et odi, et cœpi pro incipio, fle-
tuntur. Quibus * Grammatici etiam noui addide rum
runt: quod quanquam à nosco est, præteriti tamen * Diome-
uoce, præsentis significationem habet. des lib. i.

Cæterum posteriora hæc, odi, cœpi, et noui, e-
tiam imperatiuum desiderant.

Habent tamen ex his supina ac participia, odi, act. 3. sce. 2.
† osus: à quo perosus et exosus, de quibus infra Inimicos
in participijs. Cœpi, cœptum, et cœptus. * Terent. osa sum
autem in Adelphis, etiam imperfecto subiunctiui à semper ob-
themate cœpicio usus est: ut, An non sex tois mensi- tuerier.
bus prius olfecisse, quam ille quicquam cœperet? * act. 3. sce.
Ita enim Priscianus legit. Sed de his satis. 2.
† Plautus Lib. 10.

Plaut. in Truc. act. 2. scen. 1. Aliū quæstū cœpiat.

Porrò hoc loco notāda sunt & qua-
tuor illa, dico, duco, facio, et fero, quæ in impera-
tiuo apocopen patiuntur: dicumurq; dic, duc, fac,
q s et fer;

Prisc. lib. 8.
de uerbo.

Virg. II. Ae. sa. Apud poetas tamen, edice pro edic, face pro fac,
 Tu Voluse leges. Quo pacto & composita, effice, refice, perficie,
 armari Vol ce, &c. quæ cum præpositione componuntur, inter
 scorū edice grè efferuntur. Quæ autem cum aduerbijs compo
 maniplis. sita sunt, originè sequuntur: ut, benefac, malefac, etc.
 Terent. in And. act. 4. Iam quæ præteritis & supinis deficiunt, que ab
 sc. i. Me mis alijs eodē hoc loco recenseri solēt, ea nos suis que
 sum face. que locis ferè annotauimus. Quibus tamē studiosus
 puer etiam alia adiucere poterit, quæ frequens au
 torum usus, ad quorum exemplū omnis sermo com
 ponendus erit, inter legendum subministrabit.

DE IMPERSONALIBVS.

Suprà diximus, uerba alias dici Personalia, alias
 Impersonalia. Ac de personalibus hactenus tracta
 uimus.

Impersonalia autē, hoc est, quæ per
 sonam certā non recipiunt, duplia sunt: alia passi
 uæ uocis, aliæ actiuæ. Passiuæ: ut, legitur, statut.
 Actiuæ: ut, piget, pœnitet. Habent autem omnian
 sum tertiae tantum personæ.

Passiuæ uocis impersonalia fiunt ab
 omnibus uerbis actiuis & neutrīs: ut, legitur, dici-

Eclog. i. tur, turbatur. Virg. Vsq; adeò turbatur agris. Cur
 p. Metamor. ritur, statut, uiuitur, &c. ut, Viuitur ex rapto, O-
 uid. Habentq; significationem absolutam. Sic enim
 exponuntur, legitur, manūs: dicitur, mansag:
 curritur,

curritur, man lauffi: uiuitur, man lebt, &c. Ex qua figura Germanici sermonis, facile intelligent pueri naturam horum uerborum: sentientq; nullam certam personam impersonalibus praeponi.

Horum coniugatio sequitur characterem passiuorum. Recipiunt autem terminationem tertiae tantum personæ.

Actiuæ uocis impersonaliū certus propemodum numerus est. Sunt enim ferè hæc: Est, interest, refert, decet, delectat, iuuat, oportet, pœnitet, piget, pudet, tædet, miseret, accidit, euenit, contingit, uacat, præstat, restat, libet, licet, liquet, placet, constat, sufficit, expedit, conducit, solet, & potest. Quæ eadē his uersiculis cōprehenduntur: Contigit, euenit, præstat, restatq; uacatq;, Sufficit, & constat, liquet, expedit, atq; licebit, Conuenit, atq; placet, libet, accidit, & conducit, Et solet, atq; potest, refert, est, intereratq;, Pœnitet, atq; piget, tædet, pudet, atq; misertum est: Cum quibus adde iuuat, decet, et delectat, oportet.

In his quædam & personaliter usurpantur: ut, præsto, uaco, placebo, conduco, &c. Quædam personalem uocem prorsus non recipiunt: non enim oporteo, pudeo, pœnito, eodem modo, ut superiora dicimus.

Priscianus lib. ii. de formatione particip. inquit: Sciendū tamē, quòd hæc omnia inueniūtur, per se &orum

Eorum declinationem habentia, in usu veterum
Plautus in Cāsin.act.5.scen.2.Ita nunc pudeo.

Sunt autem & hoc genus impersonalia certain
omnib.linguis, ut apud Gr̄ecos άγαπη, φιλα, ερωτη
apud Germanos, es lust, es redit, es pflegt, et similia.

Coniugatio imitatur personalium regulas: ut, u
cat uacauit, iuuat iuuuit, placet placuit, pudet pu
duit, oportet oportuit, poenitet poenituit, &c. nam
tertiæ tantum personæ casum habent.

Diomedes Sed tamen & horum quædam ab analogiis.

lib. i. riant. nam à tædet, fit pertæsum est. à miseret, mi

Gellius li. fertum est usitatè, & miseritum extat apud Teren
15. cap. 13. tium. A' liquet, præteritum non extat.

In Heau- tōt. act. 3. Sunt & in usu, placitū est, pro placuit: libitum
sc. i. Tuarū est, pro libuit: puditum est, pro puduit, apud Plat
miseritū est tum † in Bacchidibus.

fortunarū. † Act. 3. scen. 1. Neq; mei, nec te tui intus pudi
tum est factis, quæ facis.

Licitum est, pro licuit: & pigitum est, propri

Lib. 7. gavit, apud Silium Italicum: ut,

Nec pigitum est, paruosq; lares, humilisq; subin
Limina cœlicolam tecti.—

Carent autem supinis & gerundijs impersona
lia. Et in coniugando, in uniuersum etiam usus do
ctorum obseruandus est. Nam saepe non utimur ca
sibus, quos analogia parit. ut, stor & dor non di
cimus: quemadmodum nec for, aut affor.

DE PARTICIPIO.

Participium est nomine uerbale, significans tempus. Nam per omnia imitatur nomen in declinatione et genere. Sed a uerbo, unde cadit, tempus mutuatur, et certam significationem agendi, uel patiënti. Elegans autem genus uocum. Vide Vallā est, si commodè utaris. Nam felicius pleraq; et mā li. i. cap. 32. gis signatè efferrimus per participia, quam per uerba. ut cum dico: Furor fit, læsa səpius patiëntia: non Publius in paulo gratius est, quam si dicas, Patientiam, si sæ. Mimis. pius tentetur, ac lædatur, furorem fieri. Includit enim participium, relatiuum: uel particulas, si, dum, cum uerbo.

Participio accidunt, Genus, Numerus, Figura, Casus, Tempus, et Significatio.

GENVS.

Genus ex regulis de Nominē cognosci potest. Nam omnis generis ea sunt, quae ns finiunt: ut, hic et hæc et hoc amans, legens. Cætera mutant genera per terminationes: ut, hic lectus, hæc lecta, hoc lectum.

NUMERVS.

Numeri idem, qui in nomine sunt: Singularis, ut, hic legens: Pluralis, ut, hi legentes.

FIGVRÆ.

Figuræ duæ sunt: Simplex, ut spirans: Decomposita,

Pris. lib. II. posita, ut respirans. Nam nulla sunt composita pars
de fig. participia, nisi ex uerbis cōpositis, quae παρακολουθηται
ticip. græcè, hoc est, decomposita appellantur. Inductum
enim, & insipiens, & similia, in nominū transire
naturam.

C A S V S.

Casus quoq; ijdem sunt, qui in nomine. Et for-
mulæ declinationis apud Donatum extant.

T E M P V S.

Tempora participiorum tria sunt:

Præsens, Præteritum, & Futurum, que ex for-
matione cognoscuntur.

De partici- Præsens, uocum est, quæ in ns desi-
pijs in ens, nunt, & consonantē præsentis retinent: ut, amans,
in substan- legens, docens, &c.
tiū trans- euntibus, Formatur à prima persona præteriti imperfecti,
uide Vallā ultima syllaba in ns conuersa: ut, amo, amabam, &
li. I. cap. 33. mans: doceo, docebam, docens: audio, audiebam,
audiens. Excepto iens, & quæ inde fiunt: ut, re-
diens, abiens, &c. quæ e assumūt. Ab eo enim, ibam
imperfectum fit, non iebam.

Futurum, uocum estrus finientium,
præcedēte u:uel dus, præcedēte n cum uocali præ-
sentis: ut, lecturus, legēdus: amaturus, amādus, &c.

Fiuntq; ea quæ in rus excunt, à supinis: ut, lectu-
leccurus: amatu, amaturus. Illa autem quæ in dus
excunt, à participio præsenti, ultima cōsonante in
dus mut-

dus mutata:ut, legens, legendus: amans, amandus.

Cæteræ uoces præteritū tempus significat. Fiuntq; à supinis & ipsa:ut, lectus à lectu, amatus ab amatu, uisus à uisu, auditus ab auditu.

&c. S I G N I F I C A T I O.

Significatio in primis obseruanda est pueris, ut discant, quæ actiuè, quæ paßiuè significant: qua in resepius uidemus peccare imperitos.

Significant autem actiuè, quæ ab actiuis cadunt: ut, legens, docens. Paßiuè, quæ à paßiuis:ut, lectus, auditus. Absolutè, quæ ab absolutis:ut, sedens, uigilans, dormiens. &c. Nam participium imitatur sui thematis significationem.

Porrò ab actiua uoce duplicitia ueniunt participia. Præsens in ns:ut, legens, audiens. & futurum in rus:ut, lecturus, auditurus.

Similia & à neutrīs cadunt. Præsens:ut, errans, carens. Futurum:ut, erraturus, cariturus.

A' passiuo item duplicitia fiunt participia: scilicet præteritum, ut lectus. & futurū in dus:ut, legendus, audiendus.

Fiunt autē & à neutrīs passiua participia, sed ab his tantum, quorum tertiae personæ paßiuè usurpantur:ut, Aratur terra, &c. Hinc arata & aranda terra. Sic Virgilius dixit, Arte labo Lib. i. Aen. ratæ.

3. Aeneid. ratæ uestes. & Errata retrorsum littora. Sic, Ex:
In Adelph. curso spacio, Terent. Eodemq; modo & illa lux.
a t.s. sce. 4. Auguriis dicta sunt:

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho,

Aeneid. 6. & Terra acri quondam regnata Lycia

In epist. 5. go, Aeneid. 3. Item hæc Ouidij:

Heroid. Quæ uenit indignè pœna dolenda uenit. &

In epist. 1. Virq; mihi dempto fine carendus erit.

Et id genus alia poetis familiaria.

A' deponenti triplicia ueniunt participia: Præsens, ut loquens: Præteritum, ut locutus: & Futurum, ut locuturus.

Interdum autem & futurū in dūs accidit, quando uidelicet uerbum ipsum passiuè usurpatur: ut, tuendus, hortandus, sequendus, &c.

Eodem modo & quæ neutropassiva uocant, triplicia participia faciunt: ut, gaudeo, gaudens, gauiſus, & gauiſurus: audeo, audens, auditus, & ausurus: fido, fidens, fisis, & fisurus. Autore Prisciano.

Li. II. de tē-
porib. par-
ticip. A' communibus quadruplicia participia fiunt: Præsens, ut criminans: Præteritum, ut criminatus: Futurum actuum, ut criminaturus: & Futurum passuum ut criminandus. Admonimus

Virg. 2. Ae. autem suprà, ueteribus multo plura fuisse communia Teret. in nia uerba, quam nobis. Hinc participia extat, Mel Phorm. act. titatela, & Meditata omnia, * Expertæ uirtutis
2. scen. I. &c. passus

&c. passiva significatione, quod uerba horum olim
communia fuerint.

* Tacitus lib. 3. Proponitq; centuriones uirtutis
expertæ.

Sunt &c anomala participia quedā,
uel potius adēcora, quae non habent uerba certa,
ex quibus formentur: ut, Iuratus, quod actiuam signifi-
cationem habet, Græci aoristi, ομόσας. Cœnatus,
quod idem quod græcè οἰνός. Exosus & pero-
sus, idem quod græcè μισθός. ut Cuid. Tædas exo 1. Metam.
ſa iugales. & Virg. Lucemq; perosi, &c. 6. Acneid.

Quibus agnatū & osurus, futurū participium,
apud Ciceronem de Amicitia: ut, Negabat ullā uocem inimiciorem amicitiae potuisse reperiri, quam
eius qui dixisset, Ita amare oportere, ut aliquando
esset osurus. Sed hæc & similia alia, frequens auto-
rum lectio suppeditabit. Nobis satis fuit, communio-
ra tantum adnotasse.

Pariunt autem ex se participia, per-
sonalia uerba ferè omnia. Sed est tamen obseruan-
dum, quid usus probet. Nam fiens & fiendus, à fio:
aut nascendus & naturus, à nascor, nemo dixit. At
naturam dicimus. Et à sum, tametsi ueteres fecerunt
ens, sicut Græci ab ei uì ὄντε : ipsi tamen idem, tan-
quam absurdum repudiarunt. Sic alia multa, qua
analogia quidem parit, usus autem Latinorum ac
pure loquentium non recepit.

Ab impersonalibus autem, quæ non recipiunt personalium uoces, nulla extant partici-

Cicero de Clar. orat. Ad miseri- cordiam in ducitur, ad pigendum, ad pudendum.

præter pudendus à pudet, pœnitens & pœni-

tendus à t pœnitent, pertæsus à tædet: lictus & li-

bens, à licet & libet.

† Quintil.lib.9.cap.3. Non pœniturum, pro non acturo pœnitentiam.

Nec h̄ic prætereundum est degenerare participia in nomina, uel compositione: ut, indoctus, nam indoceri non dicitur. Vel amissus
bi casu: ut cum dicimus, Fugitans litium, † Amans pecuniae, &c. Nam participia regunt uerborum ca-
sus. At cum in nomina degenerant, geniiuos adsci-
scum: ut, Amans præceptoris discipulus. Veletiam cum temporis significationem deponunt: ut doctus, cum absolute significat hominem gnarū, & doctrina præditum: amandus, cum significat dignum qui ametur: laudandus, cum dignum laude, siue qui laudetur. Eaq; etiam comparantur, & casus compara-
tionis significant: ut, Nemo est me amantior præ-
ceptoris. &, Homerus doctor fuit Antimacho, etc.

Similia participijs sunt, tunicatus, personatus, obæratus, & similia. Sed hæc nomina sunt. Nam nec ex uerbis nascuntur, & tempus non significant.

Priscianus lib.8. de figuris uerborum: Ex omni ferè habitu huiuscmodi nomina inueniuntur & pud Latinos.

Vide Vallā
lib.1.ca.34.

DE ADVERBIO.

ADuerbium uocarūt, quod actio-
nis aut passionis circunstantiā una uoce ef-
fert: ut, dicit grauiter, uenit properè. Nam dicendi
qualitatem, aduerbium grauiter: ueniendi autem,
properè exprimit. Estq; aduerbiū, ueluti quoddam
uerbi adiectiuum. Ut enim, si dicas, Prudens homo;
aut ferox equus, hominis, & equi conditionem, siue
qualitatem, adiectua prudēs & ferox demonstrat:
ita & uerbis addita aduerbia, circunstantiam illo-
rum explicant & declarant. Atque inde etiam no-
men habent.

Aduerbio accidunt, Species, Signifi-
catio, Figura, & Comparatio.

SPECIES.

Species aduerbiorum duę sunt, pri-
mitiua & Deriuatiua.

Primitiua eorum est, quæ non aliunde nata sunt:
ut, cras, heri: pax, idem quod tantum.

Teren. in

Deriuata sunt, quæ aliunde cadunt: ut, uesperi, Heau. act.
quod à nominis datiuo est: furtim, quod à uerbo fu- 4. scen. 3.
ror, strictrīm à stringo, Homerice ab Homero, hu- Dum argē
manitus & humaniter (nam quædam uariè effe- tū eripio,
tur) ab humano, &c. pax nihil
amplius.

Seppe autem & nomina genere neutro fiunt ad
uerbia: ut, recens natus, pro recenter, seu nuper:

r 2 toruum

toruum uidet, pro toruè: indomitum furit, pro indomitiè. Quomodo & Græci adiectiva neutra mutant in aduerbia, quos Latini in hoc imitati uidens. Odyss. tur: ut, ὅς μάλα πολλὰ πλάγχθη, apud Homerum. &, λελόπ δέσιτ, οὐδὲ τύχελασσε, &c.

SIGNIFICATIO.

Significationis multa capita sunt: cuius tamē immāta rectè poterit peruidere puer, si cogitabit, illam uarietatem significationis ex uarietate circumstantiarum in actionibus nasci. Nam locu., tempus, qualitas, quantitas, &c. nihil sunt, nisi actionum circumstantiæ. Et quia Donatus probè percensuit capita significationis, superuacancum erat, illa hic repetere, nisi monendi causa eadem, quædam etiam amplius ac copiosius exponeremus, subiçienda pūtasssemus. Sunt igitur aduerbia:

LOCI, hic, ibi, illic, inde, intrò, foras, & similia. Atq; hic monendi pueri sunt, ut diligenter obseruent naturam localium aduerbiorum: uidelicet que in loco, quæ ad locum, quæ de loco, uel per locum significent. nam ea in re non rarò peccatur.

In loco significant, hic, illic, isthic, ibi, ubi, ubiq; *cum ami- que, ubique, ubiuis, alibi, intus, foris, *suprà (dro- serunt ca- ben) infrà (drunden.) ut apud Tib. lib. i. eleg. 10. sus sus. Non seges est infrà, non uinea culta: sed audax

Cerberus, & Stygiæ nauita puppis aquæ.

Item præstò, cum absolute significat coram, ali-

juxta

iuxta. ut ad Herennium: Hirundines aestiuo tempo- Lib.4.
re prestò sunt, hyeme pulsæ recedunt.

Ad locū, huc, illuc, istuc, sò, quò, aliquò, nequò,
siquò, eòdem, quòcunq; intrò, foras. Et quæ uersus
locum significant: ut, introrsum, retrorsum, sursum,
deorsum, quorsum, leuorsum, dextrorsum, &c. Sunt
autem composita à uersus, quod ipsum quoq; uide-
tur habere aduerbij significationem. Nam & præ-
positionem aliam permittit nomini adiungi. ut Plinius
lib. 6. cap. 31. Ad occasum uersus.

Vall.lib.2.
cap.8.

De loco, hinc, illinc, isthinc, inde, unde, alicun-
de, cœlitùs, funditus, radicitus, infernè, supernè,
quod uulgas dicit desuper. Plinius: Argentum inna Lib.33.ca.6
tat supernè, sicut oleum aquæ. Desuper autem, ex su
periore loco significat. ut Virg. Lib.4.Aen.

-- Commixta grandine nimbum

Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.

Per locum, hac, illac, istac, nequa, siqua, &c.

Item è. Li-

Sunt & quæ communiter in loco, uel ad locum,
uel de loco significat. Sic enim dicimus, Peregrè ab
sum, peregrè abeo. &, Peregrè domum redeo, &c. uius lib. 1.
Dec. 3. Post

quam cōpe
rit, transitū
cà nō esse.

Inter localia numerant alij etiam hos casus, do-
mi, militiæ, humi, ruri. Item propria nomina loco-
rum: ut, Romæ, Romam, Roma, &c. Nos inter no-
mina hæc relinquimus, deq; constructione eorū suo
loco dicemus.

Obseruabunt autem & illud pueri, nōnunquam
r 3 localia

Folias

Vide Linas localia tempus significare. Sic ibi, pro tum s^ep^e ac
crū li. 2. de cipitur: ubi, pro postquam, &c.

Enallage

in aduer-

bijs. **T E M P O R I S:** ut, hodie, heri, nunc, nuper,
cras, aliquando, iam, tum, manē, ferō, semper, pauli-
sper, quoad, quandiu, iam, olim.

Ex quibus rursum alia præsentis temporis sunt:

* Val. lib. 2. cap. 34. ut, hodie, nunc, &c. Alia præteriti: ut, modò, pri-
dem, * dudum, nuper, antea, heri, nudiustertius, nu-
dius quartus, & similia. Eaq; cum præterito fere iun-
guntur: non enim dicimus, Nuper uenio, uel uenia.

Alia futuri: ut, cras, perendie, in posterum, de ce-
tero, &c. quæ cum futuro peculiariter iunguntur.

Quædam etiam communia, diuersorum tempo-
rum, siue indefinita: ut, quondam, olim, quando, si-
quando, aliquando, quandoq; paulisper, &c. Item,

* Val. lib. 2. cap. 51. † Nunc
Teren. in Eun. act. 4. scen. 4. modò & nunc, cum indefinite ponuntur: ut, † Nunc
huc, nunc illuc inclinat. &, * Modò ait, modò ne-
gat, &c. Et ab inde composita quædam: ut subinde,
deinde.

Vsq; autem & temporibus & locis accommo-
datur, additurq; uerbis aliis de loco, aliis ad locum
In Eunuch. significantibus. ut apud Terent. Ex Aethiopia usq;
act. 3. sce. 2. hec est. Et * Cicero: Vsq; ad Numantiam misit. Et
* pro Deio. pro Archia idem: Inde usq; à pueritia repetens.

N V M E R I: ut, scmel, bis, ter, quater, quin-
quies, sexies, septies, octies, nouies, decies, uicies, tri-
ties, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies,
octo-

*octogies & octuagies (utrumq; enim reperitur) non
nagies, cēties, milies: toties, quoties, quæ Prisc. per Lib. 15. de-
ns, totiens & quotiens scripsisse ueteres tradit. aduerbijs.*

*Item, sēpe, raro, quæ numerum indefinitum si-
gnificant. Rursus, iterum, tertium, quartum, &c. Vall.lib.3.
Quartum iam Consul factus, pro quater, seu quar- cap.59.
ta uice, &c.*

N E G A N D I: *ut, haud, non, neq;, haudqua-
quam, minimè, nullatenus, neutiquam.*

*Et nihil, cum adverbialiter sumitur. ut apud Te In And.,
rent. Nihil circuitione usus es: pro non. Quo pacto aet.1. sce.2,
& nullus apud eundem in Andria usurpatur: ut, Li Aet.2.sce.2
beratus sū Daue hodie tua opera, At nullus quidē.*

*Item illa, quæ pariter extenuant & negant: ut,
ne, sequente quidem, & nec. ut. Ne obolum quidem Erasmus in
habet, unde restim emat. Adagijs.*

A F F I R M A N D I: *ut, ita, etiam, quidni, cer-
tè, profecto, + scilicet, uidelicet, * quippe, nempe,
nimirū, planè, maximè, &c. Et næ, diphthōgo scri-
ptum: ut, Næ ego homo infelix sum.*

†Vall.lib.2
cap.9.
*Val.lib.2.
cap.27.

D E M O N S T R A N D I: *ut, en, ecce.*

*Hem quoq; apud Comicos reperias demonstra-
tiuè usurpatum.*

Terent. in And. aet. 2. scen. 2. Hem libero.

O P T A N D I: *ut, utinam, ô si. Terent. Ut il- In Ennu.
lum dij deaq; perdant. Si, enlērātūm pro ô si po- aet.2.sc.3.
fitum. ut Aeneid. 6.*

*Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat, &c. --*

Huc pertinere uidetur & sic: cum & in iuris & po
etis usurpatur: ut,

Virg. io. Ae Sic pater ille deum faciat, sic magnus Apollo.

neid.

H O R T A N D I: ut, cia, age, *agite, agedum,

***Val.lib. 2.** sis, fodes, fultis, &c.

cap. 26.

Cicero in Orat. Sodes, pro si audes: sis, pro si uis,

Vide Linacrum lib. 5. Vide Linacrum lib. 5.
de constru
ctione ad-

uerb.

ORDINIS: ut, deinde, deinceps, protinus,
continuo, antea, postea, deniq;, præterea, primò, se
cundò, tertio, postremo, ultimo, &c.

I N T E R R O G A N D I: ut, cur, quare, quan
do, quamobrem, num, nunquid, non 'ne, utru, quid,
quidni, quid ita.

Vall.lib. 2.

SIMILITUDINIS: ut, quasi, ceu, sic, sicut,

cap. 36. sicuti, uelut, ueluti, tanquam, ut, uti, propè, æquè,
perinde, prout, ac si, non aliter, non secus, non mi
nus, quomodo, quemadmodum, item, &c.

QUALITATIS: ut, doctè, pulchrè, forti
ter, uiriliter, benè, male.

Vall. lib. 6.

Et à uerbis uenientia, quæ gestum significant: ut,
cap. 20. strictim, punctim, cæsim, raptim, furtim, tractim, &
similia.

Liuius libro 2. Dec. 3. Hispano punctim magis,
quam cæsim assueto petere hostem.

QVAN-

QVANTITATIS: ut, multum, parum,
parumper, modicum, minimum, nimiū, plurimum,
ualde, quoad, satis, &c.

Atq; hoc loco etiam illud notandum, quod ex qua-
litate & quantitate nascuntur, quae Priscianus et alijs Li. 15. de SI
separatim intendendi & remittendi aduerbia vocat. significatio-

INTENDENDI: ut, ualde, prorsus, ni- ne aduerb.
mium, admodū, omnino, penitus, adcō: per, ut per= Terent.in
pulchrē, peropus, apud + Terent. perquam, sa re-
quam, nimisquam, tam: quam & ut, quando cum
admiratione efferuntur: ut, Quām iniquè compa- Phor.act.2.
ratum est, &c. &, * Ut uidi, ut perij: pro, quomo- scen.1.
do, uel quantum perij.

* Vir. ecl. 8.

+ In And.act.1.scen.2. Sed nunc peropus est, &c.
Item illa, penè, propè, propemodū, ferè, fermè, Eras.de Co
tantiū non, & similia. Hæc enim, tametsi de re perse pia, lib.t.
cta, seu tota detrahūt aliquid, atq; imminuūt: ipsam cap.50.
tamen actionem, aut gestum rei intendunt, atq; am=

plificant: ut, Alexander totum penè orbem domuit.
Nam hic, tametsi de toto orbe detrahitur & immi=

nuitur aliquid, actio tamen domandi intenditur, ad

dito aduerbio.

REMITTENDI autem: ut, sensim, pau-
latim, pedetentim, & grē, uix, &c. Quidib[us] affinia
sunt & illa quæ diminutiva dicuntur, à sp̄cie ui-
delicet: ut, paululum, clanculum, longiusculè, me-
liusculè, s̄piusculè, bellè, & id genus alia.

D V B I T A N D I : ut, forsan, forsitan, fortas-

Satyr. 6. sis uel fortasse, fors, forsitan, quo Horatius i. Serm. utili-
Dissimile tur. utrum, an, & similia.

hoc illi est, P E R S O N A L I A , quæ persone circum-
quia nō ut stantiam describunt: ut, mecum, tecum, secum, no-
forsit hono rem sure biscum, uobiscum. Hæc Priscianus inter pronomi-
mihi inui- na recēset, & hæc & iā & goθiū dicta putat, pro cum
deat qui- me, cum te, &c. Sed quia separatim, cum me, cum
uis. te, &c. nusquam legantur, maluerunt hæc alij inter
aduerbia composita referre.

† Lib. 12. de figura. Item Linac. lib. 1. de aduerbio.
Vide Ciceronem quoque in Oratore ad Brutum.

In Aulul. V O C A N D I : ut, heus, echo. Terent. Heus, e-
act. 3. sce. 2. uocate hic aliquis Dauum.

R E S P O N D E N D I : ut, heu, & hem, &
pud Comicos interdum. quanquam idem & admis-
rationem & indignationem quoq; significat.

S E P A R A N D I , seu distribuendi: ut, seor-
† Dicitur sim, separatim. priuatim, secretò, diuise, & sigillatim,
& singilla- bifariam, multifariam, secus, aliter, &c.

tum & fin- gulatim. Huc pertinent & excludendi particule, solum,
tantum, modo, saltem, duntaxat, tantummodo,
pax, &c.

C. lib. II. I V R A N D I : ut, pol, & depol, ecastor, Hercu-
l. cap. 6. le, medius fidius. Quibus * Priscianus annumerat
ibid. 15. & per: ut,

Vulg. 10 Ne Per te, per qui te talem genuere parentes.
ne. d.

Et sic,

Et sic, cum assuerandi gratia usurpatur: ut,

Sic tua Cyrenæas fugiant, examina taxos, &c.

Vir. 9. ecle.

E L I G E N D I: *ut, potius, imò, magis.*

C O N G R E G A N D I: *ut, simul, unà, pateriter, collectim, summatim, &c.*

P R O H I B E N D I: *ut, ne, nequaquam.*

C O N C E D E N D I: *ut, esto, fac, sit, sanè, &c.* Quanquam fortassis simplicius fuerit, hæc inter uerba referre: quemadmodum & superiora illa, quæso, obsecro, amabo, &c.

E V E N T V S: *ut, fortè, fortuitu, forte fortuna, casu, &c.* quæ nominum ablatiui propriè sunt.

C O M P A R A N D I: *ut, minus, magis, optimè, peñimè, minimè, plurimum, & similia, quæ collationem actionum significant, siue comparatiui casum, siue superlatiui habeant.*

Neq; uero mouere pueros debet, si eandem uocem alijs atq; alijs capitibus repeti uideant. Nam pro uaria significandi potestate, uarias appellatio-nes quoq; sortiūtur hæ particulæ. ut, Tantum, alijs intendendi particula est, ut cum dico, Tantum ne uæsanus iste potuit? alijs excludendi: ut si dicas, Si hoc non licet, illud tantum oro. Sic vt, similitudinis alijs est, alijs optandi, alijs etiam intendēdi: quem admodum rursus eadem nunc aduerbium, nunc coniunctio, ut cum ordinativa est, aut causalis.

FIGV-

FIGVRA.

Figuræ aduerbiorūm tres sunt: Simplex, ut prudenter: Composita, ut interdiu: Decomposita, ut imprudenter.

COMPARATIO.

Aduerb'ia orta à nominibus adiectiuis, imitantur nominum comparationem, casusq; comparatiui & superlatiui recipiunt: ut, fortiter, fortius, fortissimè: celeriter, celerius, celerrimè: parvus, minus, minimè: magis, maximè: oxyus, oxyssimè, absq; positiuo.

Sic & quedam alia, non nata à nominibus: ut, saepe, saepius, saepissimè: secus, secius, absq; superlatiuo: nuper, nuperrimè, absq; comparatiuo.

A t tempori quoq; cum aduerbialiter ponitur, temporius dixerunt ueteres. Ouid. 4. Metamor.

— Modò surgis Eoo

Temporius cœlo, modò serius incidis undis, &c.

† Plautus in Trinum. act. 4. scen. 2. Tempori huc hodie anteueni. Cicero tempore uititur aduerbialiter. ut Offic. 3. Ad coenā tempore uenit Cannius.

Porrò scripsferunt ueteres Grammatici, etiam in præpositiones degenerare aduerbia, quando uidelicet casus recipiunt. Negant enim, si sua adsciscere nominum casus aduerbia: ut pridie, quod priorē diem significat, alias genitium, alias Lib. I. ep. 4. accusatum adsciscit. Cicero ad Lentul. Pridie eius diei

diei fregeramus. Et ad Appium: Pridie nonas Iun= Lib.3.ep.4.
nias. Idem ad Atticum: Pridie Compitalia, &c. Sic lib.2. epi.3.
& postridie quod postero die significat, eodemq;
modo construitur. Et uersus, de quo suprà quoque
meminimus, quod accusatiuo iungitur. ut apud Cæ Lib.2.de
farem: Versus Massiliam. & per anastrophēn, Sici- bello ciuil.
liam uersus, &c. Sed nos hanc rem disceptandum a-
lijs relinquemus.

DE PRÆPOSITI-

TIONE.

PRÆPOSITIO est propemodum arti-
culus, uerbo nomen adiungens, quod aliquam
facti circumstantiam significat: ut,

Non datur ad Musas currere lata uia. Propert.li.
Nam hic accusatiuus Musas, quo loci circumstan- 3.eleg.ii.
tia, ad quem cursus fit, significatur, non poterat ad
di uerbo Currere, nisi præpositio Ad, tanquam ar-
ticulus, illum adiungeret.

Accidit præpositioni constructio,
eaq; ferè ex Donato cognosci potest. Sed est mira
uarietas significationis, etiam in iisdē casibus, quam
nos regulis complecti non possumus, usu legendi &
scribendi discēda est. Ut aliud significat secundum,
cum dico, † Secundum aurem uulnus accepit. aliud † Cic. lib.
apud Suetonium in Augusto: Ipsum esse, cuius ima- 4. epist. 12.
go secundū quietē sibi obseruata sit. Aliud in Clau-
dio:

dio: Absentibus secundum præsentes faciliè dabant. Eam uarietatem usus docebit.

Porrò aliæ prepositionum uerbis accusatiuos iungunt, aliæ ablatiuos.

L-a Chil.

L.C. nt. 5.

Ad g. 54.

Lib. 4. Ae.

Accusatiuos XXVII

Ad:ut, Ad calendas Græcas.

Apud:ut, Et bene apud memores ueteris stat gratia fæti Virg.

Ante:ut, Diciq; beatus Ante obitum nemo, si pre maq; funera debet. Ouidius.

Eras. Chil.

i.Cent. 5.

Adag., 9.

Aduersus:ut, Ne Hercules quidē aduersus duos.

Cis:ut, Viteberga nobis cis Albim sita est.

Citra.

Vltra:ut, Est modus in rebus, sunt certi denique

Lib. i. Se. i. fines, Quos ultra citraq; nequit consistere rectum. satyr. i. Horatius.

Intra:ut, Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, et intra Fortunam debet quisq; manere suā. Ouid. eleg. 4.

Plinius in praesatio- Cicero.

ne lib. i. Circum, quod locale est:ut, Circum montem.

Circa:ut, circa forum, circa uiginti annos.

Circiter, quod tempus et numerum significat: ut, circiter horam decimam.

Terent. in Phor. act. i. scen. 2. Contra:ut, Namq; inscitia est, contra stimulum calces.

Erga:ut. Princeps erga populum clemens.

Inter:

*Inter:ut, Multa cadunt inter calicem, supraeāq;
labra.*

Gellius lib.13.cap.16.græcum habet uersiculum
quem Erasmus in Chiliadibus hoc modo trāstulit.

*Infrā:ut, Quem ego infra omnes homines es- Terē in Eu.
se puto. act.3.sce.2.*

*Supra,droben:ut, Dux hostium cum exercitu Salust.in
supra caput est. Catilina.*

*Iuxta:ut, Cum lucubrando iuxta ancillas lanam
faceret. Liuius. Lib.1.De.1*

Ob:ut, Fœda mors ob oculos erat. Liuius li.8,

*Per:ut, Impiger extremos currit mercator ad Dec.3.
Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per Lib.1.Epi.
ignes. Horat. epist.1.*

*Prope, quod etiam comparatur. Liuius: Castra lib.3. de 3.
propius hostem mouit. Cicero: Operam det, ut cum In 10. Phil.
suis copijs quam proximè Italianam sit.*

Præter:ut, Ita fugias, ne præter casam. Terent. In Phorm.

Propter:ut, Aliquid mali, propter uicinū malū. act.5.sce.2.

*Post:ut, O ciues ciues, querenda pecunia pri- Plau.in
mum, Virtus post nummos. Horat. Mer. act.4.
scen.4.*

*Penes:ut, Me penes est unū uasti custodia mun- Lib.1.epi.1.
di. Ouid. 1.Fast.*

*Secundum:ut, Secundum deos, homines homini- Cic.2. Off.
bus maximè utiles esse possunt.*

*Trans:ut, Cœlum, non animum mutat, qui trans Horat.lib.
mare currunt. epistola u.*

Ablatiuos

Vit.3. eclo. A:ut, A Icue principium Musæ.

Publius in Mimis. Ab:ut, Ab alio expectes, alteri quod feceris. Hæc utuntur ferè, uocali sequente.

Terent. in Ad.a&t.2. scen.3. † Vali.lib.2. Abs:ut, Abs quiuis homine, cum est opus, beneficium accipere, gratum est. Hac sequente quæluntur. t

ca.29. *In Phor. ca.2. *In Phor. hi prospexitsem.

act.1. sce.4. Publius Mi mianus. Cum:ut, Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.

Clam:ut, clam patre. Plautus etiam, Clam patrem dixit.

In Mercat.act.2.scen.3. Ratus clam patrē meum posse habere.

Coram:ut, Coram senatu res acta.

Lib. 1. epi- stola 19. De.Horat. Alter rixatur de lana sepe caprina.

Lib.20.ca.1 erat, è saxo Tarpeio deijcibatur. Gell.

Publius Mi. Ex:ut, Ex malis moribus bone leges natæ sunt.

† Sueto. in Nero. Pro:ut, Comes facundus in uia pro uehiculo est.

et, † Pro foribus, * Pro curia, et c.

* Sal.in Ca. Terent.in Adel.act.5. Præ:ut, Huic aliquid præ manu dederis, unde utatur.

scen.ult. Sine:ut, Nulla dies sine linea. t

Sueton.in Julio. † Polydorus Virg. Adagio 60.

Tenus:ut, Iulius Cæsar tertium et quartum consulatum

fulatum titulo tenus gesit. Græcum est, crurum te- Virg.3. Ge-
nus. Nam et in ea significatione Latini ablatiuo u- orgic.
tuntur: ut, Capuloq; tenus ferrū impulit iro: Silius. Lib.9.
&, Prima hominis facies, & pulchro pectori uir-
go Pubetenus: Aeneid.3.

Quatuor præpositiones sunt, quæ
pariter accusatiuum & ablatiuum recipiunt, sed se-
rè diuersa significatione.

In, accusatiuum recipit, cum motum
ad rem significat: ut, In uitium dicit culpæ fuga, si
caret arte: † Horat. In rē utriq; est maximè, * Te- † In Arte.
rentius. Item cum significat contrā: ut, Cicero in poetica.
Antonium inuictus est. * In And.

At cū in re uersari significat, ablatiuum adsciscit: ut, aet.3. sce.3.
Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,

Tempore sic duro est experienda fides: Ouid, lib.1. Trist.
Veteres tamen etiam in hac significatione accusati eleg.4.
uo usi sunt, græca consuetudine. Ut Terent. Vbi ui- In Eunu-
det me esse in tantum honorem, &c.* cho, aet. 2.
scena 2.

Sub, cum tempus, aut motū ad rem * Lin. li.6.
significat, accusatiuum requirit. Tempus, ut Virg. 3. Georg.
Sub lucem exportant calathis: id est, circum lucem.
Et Cicero ad Plancum: Sub eas statim tuæ recitatæ li.10.ep. 16.
sunt: hoc est, post eas. Locum: ut, Audiam, & hæc Virg.4.Ae.
manes ueniet mihi fama sub imos. Et Cic.de Or. L:
que sub oculos ipsa non cadunt: id est, ante oculos.

Ablatiuo aut̄ iungitur, cum uersari in loco signi-
ficat:

3. Aeneid. *ficat: ut, sub dio. & Virg. Vasto uidisse sub antro.*

Super (drauff) item ad locū signi-

In August. *ficans, accusatiuum requirit. Suetonius: Superse collocauit. At cum situm in loco significat, tam ac-*

i. eclog. *cusatiuo, quām ablatiuo construitur. Virg. Fronde*

Lib 6. Aen. *super uiridi. &, Quam super haud ullæ poterant*

Dec. 3. li. i. *impunè uolantes, Tendere iter pennis, &c. Liuius:*

Quatriduum super rupem absumptum.

In Clau- Significat eadem hæc & præter. Suetonius: Su-
dio. *per cætera flagitia, &c.*

Virg. i. Ae. *Et de: ut, Multa super Priamo rogitans, super
Hectore multa.*

Sueton. in Et inter: ut, Super coenam, pro, inter coenandum.
Caligula. *Eadem est & particulæ Subter constructio. ut*

9. Aeneid. apud † Liuium: *Est subter terram. & apud Virg:
Ferre libet subter densa testudine casus.*

† Lib. 9. Dec. 4. Supra subterq; terram pugnatū.

Cum amittunt præpositiones casum,

In Catili- fiunt aduerbia. ut apud Salustium: Sed multi mor-
na. tales dediti uentri atq; somno, indocti incultiq; ui-

tam sicut peregrinantes transegere: quibus prof-
ctò contra naturam corpus uoluptati, anima oneri
fuit, eorum ego uitā mortemq; iuxta aestimo. Nam
ibi iuxta, amissō casu, similiter significat. Sic &

Aeneid. 6. *V ultis pōst seculis. & apud Virg. Longo pōst tem-*
pore uisum: pro postea, &c.

Palam & ponē, in aduerbijs numeramus, quid
ferē

frē sine casu ponantur. Sic usq; et uerius.

Secus non usurpant docti, nisi pro aliter, aduer-
bij significatione. Cicero pro Planco: Cuius ego
salutem non secus ac meam tueri debo.

DE CONIUNCTIONE.

CONIUNCTIO est, quæ superioribus
sententijs, aut partibus, subinde alias anne-
ctit: ut, Nox et amor, uinumq; nihil moderabile Ouidius li.
suadent. Nam huic sententiae, Nox nihil moderabi- I. Amoru,
le suadet, Coniunctio annexit amorem et uinum. elegia 6.
Multum hæc pars orationis conducit ad rectè con-
nectendam orationem: quare natura particularum
huius generis diligenter excutienda est.

Accidunt Coniunctioni tria: Figu-
ra, Potestas, et Ordo.

F I G U R A.

Figuræ duæ sunt: Simplex, ut nam:
Composita, ut namq;

P O T E S T A S.

Potestas, significatio est. Huius spe-
cies septem sunt, Copulatiua, Disiunctiuua, Aduer-
satiua, Causalisa, Rationatiua, Ordinatiua, et Com-
pletiuua.

Copulatiue coiunctiones sunt, &c,
s a que,

que, quoq; ac, atq; etiā, simul, cùm, tum. Copulant

* De his par enim tam sensum, quam uerba: ut, Cùm ego, tum a-
ticulis uide lij aderant. Sed ex his * ac & atq; collationē ali-
Hadrianū. quando significant, idem quod quam: ut, Aliud mi-
Teretus in hi respondes, ac rogo: pro, quam rogo.
Phor. act.

4.scen. 4.

Disiunctiuæ, quæ uerba quidē con-
iungunt, sensum autem disiungunt: ut, ue, uel, aut,
siue, seu. Et quæ utraq; rem tollunt, nec, neq; ut,
Nec mihi, nec tibi.

His agnatæ sunt, quas dubitatiuas uocat, an, ne,
an ne, & nec ne, quæ eadem etiam interrogatio-
Virg. 3. Ac. nibus seruiunt: ut, Eloquar, an fileam? &,
Idem 1. Ac. Tanta ne uos tenuit generis fiducia uestris?

Et quæ collationem rerum significant, quas Pri-
scianus electiuas uocat: ut, quam. ut, Diues esse ma-

† Teret. in lim quam pauper.

Eu. act. 3. Sed ex disiunctiuis, Vel pro etiam interdum su-
scen. 1. scen. 1. mitur, & uim intendendi habet: ut, † Vel rex sem-

* Idem in Phot. act. 5. per maximas agebat gratias. &, * Vel oculum ex-
scena 8. cludit, est ubi uos ulciscar locus. In qua significa-

Lib. 16. tione eadem à Prisciano subiectua appellatur. In-
Terent. in terdum paradigmatica est: ut, Vel hic Pamphilus
Hec. act. 1. quoties iurabat Bacchidi, &c. pro uelut.

scena 1. Aduersatiuæ, at, sed, ast, uerum, ue-

† Vall. li. 2. rò, porrò, atqui, tamè, quamquam, † quamuis, effi-

cap. 21. licet, licebit, saltē: quod postremum etiam minuen-
di uim habet, & inter exclusiuas particulas refer-

tur. ut Aeneid. 4. Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles, &c. In qua significatio ne etiā at crebrò ponitur: ut, Si te nulla mouet tan tæ pietatis imago. At ramum hunc, &c. Agnoscas.

Dicūtur autem aduersatiue, quod diuersam sententiam superiori subiiciunt. ut apud Ouidium: li. i. de Pon Si modo non census, nec clarum nomen auorum, to, eleg. 10.

Sed probitas magnos, ingeniumq; facit.

Prior sententia est, Nobilitatē non in censu, aut maiorum imaginibus esse positam. Huic aduersa subiicitur, per particulū sed: ut, Sed in probitate ex

uirtute sitam.

Ad hunc ordinem pertinet et imo, corrigendi particula. ut apud Terent. Quid dixi habere me? In Heauimō habui. Item, ne et nedum, que et ipse, sed cum extenuatione, diuersam partem subiungūt. ut apud Salust. Secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus uictoriae tēperarent. pro, tan tum abest, ut illi corruptis moribus temperet, &c.

+ Causales, nam, namq; enim, etc. + Ratione enim, quoniam, quando, quandoquidem, si, si quidem, ni, nisi, enim uero, que particula nonnumquam affirmatiua est: ut, Enimuero Daue, nihil loci est segnitiae, &c. Et concedendi prohibēdiq; particulae: ut, qui, ne, ne' ue, et neu: ut, Neus segnes iacent terrae, &c. Virgilius.

enim cōfir
mant quod
præcessit.

Terent. in
An.act.i.
scena 3.

2. Georg.

Harum alia continuatiue à Grammaticis * uo s 3 cantur, Linac, li. 1.

* Pr.li.16.&

cantur, uidelicet quæ ordinem & consequentiam rerum significant: ut, quia, quoniam, quando, quandoquidem, si, cum idē quod εἰ græcè significat: ut, Quoniā febri laborauit, pallidus est. Si steruit, dormit, &c. Consequuntur enim hæc mutuò sese, estq; alterum alterius causa plerung;

Aliæ adiectiuae, quod uerbis subiectiuis adiecta, qualemcumq; causam superiori uerbo subiectū: ut, cum, dum, ut, ne, quatenus, ἵνα græcè, uel ὅτι: si, quando idē quod Græcis οὖτις significat: ut, Si ueneris, faciam, lubeo ut uenias, Queſo ne dixeris, &c.

Ratiocinatiue, ergo, ideo, igitur, idcirco, quapropter, proinde, quamobrem, &c. Hæc

Et signifi- cāt aliquid cōsequi ea quæ propo sita sunt. His annumerant. Donatus, † Diomedes, & alij, † Lib. i. de etiam paradigmaticas particulas: ut sunt, scilicet, Coniunct. uidelicet, putā, nempe, nimirum, & similes, quæ men & confirmandi uim quandam habent, & plerung; exprobrādi quoq; aut eleuandi gratia adhī

Virg 4. Ae. bentur: † ut, Scilicet hic superis labor est, &c. In An. act. apud Terent. Id populus curat scilicet.
i. scena 3.

† Ac usum habent in ironijs. Vall.lib.2.cap.60.

Nempe autem, & quippe etiam causales sunt

Virg. i. Ae. ut, Quippe ueter fatis, &c.

Ordinis: insuper, postea, postquam,
deniq;

deniq; deinde, deinceps, &c. quorū nōnulla etiam
suprā inter aduerbiare cēsuimus. Quod eo fit, quòd
sunt quæ aliter atq; aliter usurpantur. Nam coniunc-
tiones sunt, cum uerba uel sententias coniungunt:
aduerbia, quum in eadē sententia uerbo adiūciūtur.

Completius uocarunt Grammati-
ci, quæ nulla significationis neceſſitate, ſed ornatus
gratia inſeruntur orationi: ut, Nam quis te iuuε- Virg.4. Ge-
num confidentiſſime noſtras luſit adire domos? ex orgic.
apud Terent. in And. Mihi neſtibi ergo. Nam hic, Act.5.ſce.2.
Ergo ex Nam ponuntur, ſicut Græcis dñ ſolet. Sic
ex Horatiſ illud 1. Serm. ſat.10. accipiunt: O ſeri
ſtudiorum, qui ne putatis, Difficile ex mirum, &c.
Vacat enim hic Ne, inquit † Acron. Horatiſ in-
terpres.

Eodem autem modo ex Quidem uſurpari vul-
gè uolūt, perinde ut Græcis uerū. Sed mihi intereffe
aliquid uidetur inter græcas illas, uerū, dñ, ex par-
ticulam quidem. Habet enim hæc planè approban-
disignificationem: ut, Discit literas, ex strenuè qui-
dem. Cicero de Amicitia: Qui autē in uirtute ſum-
mum bonum ponunt, præclarè illi quidem: ſed hæc
ipsa uirtus amicitiam ex gignit, ex cōtinet. Quam
uim ex aliæ quædam habent: ut, equidē, ſanè, ex ſi,
quādo indicatiuo cōiungitur: ut, Si cōcessa peto, ſi Virg.5. Ae-
dant ea numina Parcae. ex, Diſi qua eſt pietas, &c. Virg.1. Ae-

O R D O.

Quædam coniunctiones Præposi-

s 4 tūs

tiuæ sunt, hoc est, quæ in oratione præponūtur tantum: ut, nam quare, at, ac, ast, nec, si, quin, nisi, sī, seu, siue. Nō enim rectè dixeris, Est nam bonus uir: sed, Nam est bonus uir.

Quædā Postpositiuæ: ut, enim, autem, quoq; uero. Nam rectè dicitur, Est enim uir bonus; non autem, Enim est uir bonus.

In his sunt, quæ ἐγκλινῶ dicuntur, id est, quæ tonum suum reiçciunt in finem dictionis, cui adhærent, ἀπὸ τῆς ἐγκλίνωσις, hoc est, quod proximā syllabā precedingē suprase inclinet. Sunt autem tres,

De arte que, ne, ue. ut apud Horatium:

poetica. Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis:
Indoctusq; pilæ, disci' ue, trochi' ue, quiescit.

Quædam indifferenter præponuntur & postponuntur: ut, ergo, igitur, itaq; quoniā, tamen, &c. Adhibebunt igitur pueri in loquendo hanc curam, ne quid in collocādis coniunctionibus peccent, & bonorum autorum exempla hac in re studeant imitari.

D E I N T E R I E- C T I O N E.

Interiectio
dicitur,
quod alijs
orationis
partib. in-
teriectiatur.
Pris. lib. II.

Interiectio, propemodum non est dictio, sed tantum sonus inconditus, animi affectum significans.

Interiectioni unum accedit, Significatio.

- fatio. Significant autem,
 Aliæ admirationem: ut, papa.
 Aliæ communicationem: ut, uæ.
 Aliæ dolorem: ut, hei, heu, ah, ô. ut,
 O dolor atq; decus magnum rediture parenti. Virg. io.
 Aliæ metum: ut, atat.
 Aliæ indignationem: ut, hem, ô, prob: ut, Prob Aeneid.
 Iuppiter. Terent. in
 Aliæ giudium: ut, euax. Ad. act. 3.
 Aliæ irrisioñem: ut, hui, uah. quod posterius et
 detestationem significat: ut, Vah perij, hoc malum Terent. in
 integrascit. Et hem aliquando: ut, † Hem astutias. And. act. 4.
 Euge autem, quod approbantis est, et apage,
 quod detestantis, à Græcis sumpta sunt. Estq; σύε scen. 2.
 apud illos aduerbiū: ἀπαγε, uerbum imperatiuum. † Teret. in
 And. act. 3.
 Est et silentij quædam significatio, quæ duabus
 literis st, absq; uocali elatis, indicari solet. ut apud
 Terentium in Phorm. Est ne hic Stilpho? st. Act. 5. sce. x.
 Et risum, ha, ha, he, significat: ut contrà eiula-
 tionem et planctū, ohe, ohe. Sed suppeditabit plus
 res etiam species autorum lectio: quas, cum in infi-
 nitum pateant, nihil attinet hic recēdere. Est autem
 parcè in loquendo utendum hoc uocum genere.
 Atq; hæc tenus de Etymologia, hoc est, de singu-
 larum partium discrimine ac proprietate. Super-
 est quarta Grammaticæ pars Syntaxis, de qua pro-
 ximo loco agemus.

DE SYNTAXI

P R A E F A T I O.

Philippus Melanchthon Iusto
Iona, filio uiri clarissimi Iusti Io-
nae Doctoris, S. D.



A G N A similitudo est legum atq; artium: ac si uerè iudicare uolumus, leges sunt haud du-
biè ars quædam regendorum morum, & consiliorum uitæ.
Quis autem non uidet, quæm
impatienter ferant legū uincula, homines non
satis instituti & asluefacti? quæm indignentur
ac fremat, uelut carcere, legum minis inclusas
cupiditates cohercerit? Sicut & apud Platonem
Gorgias, et si non rectè iudicat, inquit, Legem
cum natura pugnare. Hæc cõrumacia in iuuen-
tute magis conspicere potest, & in barbaris gen-
tibus: quo quæq; est ferocior, eo minus habet
legum & disciplinæ, & plus sibi sumit licentia.
Sicut autē affecti sunt animi agrestiores erga
leges, ita uidemus plerunq; adolescentes, & a-
lios rigidioribus naturis præditos, erga artes
affectos esse. Etiā cum discunt literas, linguis,
historias, religiones, leges, remedia, tamen à
præceptis artium ipsarum abhorrent: hæc uin-
cula sibi iniici non patiuntur, sed quadam ba-
barica libertate uagantur in doctrinarū cam-
pis, &

pis, & decerpunt passim quantum delectat, artes ipsas neque ordine neque integrè discunt. Nec uero ullo in genere perfecta doctrina compari potest, hac cōfusanea discendi ratione. Atque hic maximè reprehendendi sunt quidam, qui pueris ipsis odium præceptionum instillant; qui sicut milites, illiterati, Gallicè inter Gallos discunt, ita sperat pueros fore Grammaticos, sine arte utcunque colloquētes cum autoribus. Ut autem uulgas gaudet legum habenas laxari, ita pueris hæc ~~σεσάχθεια~~ dupli nomine grata est. Nam & onere discendi argutias odiosas illi ætati leuantur, & sibi libertatem concedi putant, ne ad præscriptum loquantur. Sed hæc indulgentia, etiamsi est popularis, tamen est admodum perniciosa. Postquam enim desistit uernaculus usus linguae Latinæ, nemo certam loquendi rationem sine regulis consequi potest. Itaque qui præceptiones non didicerunt, paulo post uel erroris sui, uel ignauiae pœnas dant. Postquam enim adoleuerunt, cōscij sibi inscitiae suæ, nec loqui, nec scribere Latinè audent. Quare alij desperatione quadam in totum abiiciunt literas: alij, etiamsi commorantur in studijs, tamen iustos fructus ex eis percipere non possunt: quorū utruncque multis modis nocet Reipublicæ. Sed etenim ad gubernacula, iudicaturi de religiōibus, de iure ac iustitia, de artibus, sine ulla perfecta doctrina. ne intelligere quidem

quidem propriè ea quæ à doctis citantur, pos-
sunt. Ut igitur popularitas & mollicies in sol-
uendis legibus, præcipua est imperiorum pe-
stis: ita religione præceptionum animos libe-
rari, nequaquam est utile publicis studijs. Et
hanc puerilem consuetudinem animaduerto
in posterū nocere. Postquam semel induerunt
contemptum præceptionum in Grammaticis,
adferunt deinde similem negligentiam ad cœ-
teras maiores artes: quarum cum leges asper-
nentur, non solidā doctrinam, sed quandam
doctrinę umbram ex illis auferunt. Non enim
earum initia & seriem ordine cognoscunt: sed
fortuitò quædam inde sumunt, quæ ad osten-
tationem, aut mediocrem usum conducere ui-
dentur. Et quia cognatio est legū atq; artium,
elabitur animis assuefactis ad contemnendas
præceptiones, reuerentia legum, quæ priuatos
& publicos mores gubernant. Ita negligentia
in re, ut initio uidetur, leui, parit ingens malū.
Nam in instituendis ad uirtutem hominibus,
præcipua hac diligentia opus est, ut animis in-
seratur reuerētia erga leges, ut ueras & necessa-
rias uitæ esse ducant: nec priuato arbitrio, sed
ad illarum præscriptū mores regēdos esse sen-
tiant. Sicut Cyrus puer uenustissimè admone-
batur, iusta esse ducenda, non quæ ipsi æqua ui-
deantur, sed quæ legibus cōstituta sunt. Cum
enim puer grandiusculus, indutus breui tuni-
ca, al-

*Xenophon
de Pædia Cy
ri, lib. i.*

ea, alteri minori uestem longiorem ademisset, data illi breuiori tunica, quæ quadrabat ad modum corporis illius, & res ad Cyrum iudicem deferretur, pronūciat Cyrus, ut quisq; uestem suo corpori aptam teneat: id enim puerili quādam opinione commodum & æquum esse arbitrabatur. Sed postea pædagogus, retractata sentētia, dat plagas Cyro: & monet, iusta esse, non quæ ipsi uideantur commoda, sed quæ legibus sancta sunt. Præcipua autem lex est, ut suum quisq; teneat, ne in aliorū fortunas quisquam impetum faciat. Ita significauit ille Cyri magister, assuefaciēdos esse animos, ut nostris opinionibus & cupiditatibus longe antefera mus legum autoritatē. Quare *ὑδηρόν* quiddam fuerit, tenerā ætatem flectere ad amandas præceptiones: ut existimet uirtutē esse, frenare ingenium, & ad præscriptū cùm loqui, tum agere omnia. Illud enim constat, præceptionum contemptu in ferocioribus ingenij, ualde confirmari Cyclopicam audaciam. Et adolescentes ipsos admoneo, ut si quem uiderint equalium inimicum artibus ac præceptis, hanc ut existiment notam esse, naturę immoderatam libertatem concupiscentis, & legum repagula effraturae. Nullum autem monstrum perinde terrum cogitari potest, ut talis natura, impatiens legum & disciplinæ, seditiosa, ac tyrannica.

Hæc in genere præfari uolui de præceptionibus amīdis: quæ esse uerissima, omnes prudentes

dentes uiri testabuntur, & animaduerti facile possunt, si quis ingeniorum naturas cōsiderauerit. Est autem quædam ad mores, & ad multas res necessaria diligentia, diuersitatem ingeniorum obseruare. Etsi igitur in artibus discendis, non satis est, præcepta audire: sed adiungi oportet exempla, imitationem & exercitationem: tamen hoc persuasissimum fit omnibus, uim magnam atq; utilitatē esse præceptionum. Porrò ut hoc loco tantum de hac parte Grammatices dicam, ingēs utilitas est, tenere certam loquendi rationē, & de natura sermonis recte iudicare posse. Errant autē tota uia, & toto cœlo, si qui putant, hęc sine præceptis quenquam confequi posse. Idq; fateri res ipsa tandem cogit eos, qui omissis præceptis, ex sola autorum lectione iungere uerba didicerunt. Deinde etiam si ad quotidianum colloquium satis formularum suppeditat lectio: quid facient, si longior causa explicanda erit: quomodo compositionem illam periodorum, & totam seriem membrorū in oratione intelligēt, nisi omnem rationem Syntaxeos probè cognouerint? Postremo, obscuras aut uitiosas syntaxes quomodo iudicabunt, nisi adhibitis regulis? Nam si tantum exēpla quærerent, quoties occurrit uitiosa, quorū pleraq; à recte dictis non possunt sine regula discerni? Porrò etiā doctos homines interdū obscuritas, aut nouitas in Syntaxi fallit. Nam, ut ex sacris literis exēpla petamus,

extat

extat in priore epistola ad Timotheū gnome Cap. 4
Pauli: Saluatur mulier per filiorum generatio-
nem, si manserint in fide, dilectione, castitate,
& temperantia. Hic multos fecerit numeri mu-
tatio, Si manserint ideoq; disputant, quid uelit
Paulus: an mater, alioqui pia, si filij abiecerint
fidem, peritura sit ipsa quoq;. His intempesti-
uis quæstionibus nihil opus esse, sagax Gram-
maticus facile intelliget. Ut enim dicimus, Tur-
ba ruunt: ita hic de sexu loquitur, Si māserint,
scilicet sexus muliebris. Explicata Syntaxi, po-
stea cernes, in hac gnome nō absurdas aut hy-
perbolicas sententias cōtineri, sed doctrinam
de rebus maximis utilissimā, minimeq; absur-
dam. Quæ enim concio proponi grauior & e-
ruditione potest, quam hæc. Ut in saluandis ex-
istere fidem, & fidei fructus, officia suæ cuiuscq;
uocationis oportet: ita hic Paulus complecti-
tur summam doctrinæ de salute coniugum,
hoc dicto: requirit fidem, & uocationis opera,
scilicet officia coniugalia, & castitatem. Iam
quæ consolatio dulcior pīs in cōingio esse po-
test, quam quod audiunt hic officia coniuga-
lia non improbari, aut inter uitia recenseris: sed
præstantissimis uirtutibus annumerari, quas
Deus approbat, & quæ existunt in saluandis.
Hæc sententia pios preclarè munit cōtra super-
stitionem. Hæc utilis doctrina tota iacet obru-
ta densissima caligine, si quis ignoret grāmati-
cam rationē Syntaxeos. Itaq; hic prodigiosas
ineptias

ineptias Thomas comminiscitur. Exigua laus esse dicitur, non falli in Grāmatica: sed tamen utilitas est amplissima. Accidit enim hic quo-

Eras. Chil. 1. que, ut sit, quēadmodū dicitur, $\tau\acute{\iota}\nu\alpha\pi\chi\lambda\omega\eta\mu\sigma\tau\acute{\iota}\nu$ *cēt. 2. ada. 39.* τὸς. Animaduersa enim grammatica sententia,

postea mediocriter doctus videre potest, ad quos locos diētum accommodari debeat. Hic si errata Syntaxeos in sacrī libris uelim recitare, nimis prolixus catalogus futurus esset. An notaui autem unum atq; alterum. Primum, ut uideant adolescentes, quām necessaria sint, ad ueras sententias patefaciēdas, precepta de Syntaxi. Deinde, ut his admoniti exemplis, sint in loquendo & iudicando diligētiores. In Evangelio Ioani. cap. 8. legitur, $\tau\acute{\iota}\nu\alpha\pi\chi\lambda\omega\eta\mu\sigma\tau\acute{\iota}\nu$, ὅτι οὐδὲ λαλῶ νοῦν. Hic sefellit & interpretem & Augustinum figura constructionis. Nam $\tau\acute{\iota}\nu\alpha\pi\chi\lambda\omega$ ponitur adverbialiter, pro particula Prorsus, seu primum. Cum enim illi interrogassent Christū, quis esset: respondit, Prorsus is sum, quem me esse dico, quem me esse profiteor. Hæc interpretatione perspicua est. At alij, malè intellecta particula $\tau\acute{\iota}\nu\alpha\pi\chi\lambda\omega$, legerunt, Principium quod & loquor uobis: ac disputant, quare Christus se nominet principium. Hæc etiam si non sunt absurdā, tamē hoc quidem loco intempestiva sunt, & offendunt caliginem reliquo sermoni.

Psal. 68. In Psalmo legitur: Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, à templo tuo, &c. Quantum accedet lucis & gratiæ, si recte reddatur si

gura cōstructionis? Confirmā hoc Deus, quod
 operatus es, propter templum tuum. Orat e-
 nim, ut Deus gubernet, adiuuet, & confirmet
 pios, ut propagare doctrinam possint: idq; o-
 rat fieri propter templum ipsius, id est, ut Euā-
 gelium ubiq; illucescat, ut gloria Dei ornetur,
 & uera Ecclesia crescat. Quām dulcis uerfici-
 lis est in alio Psalmo: In conueniendo popu- *Psal. 102.*
 los in unum, & reges, ut seruiant Domino. Hic
 Grammatici de constructione rixantur, quum
 sit forma orationis contra latinam consuetudi-
 nem ex græco expressa: Cum conueniunt po-
 puli, simul & reges, ut seruiant Domino. Mu-
 lta enim complectitur. Pingit Ecclesiæ concor-
 diam. Testatur etiam, ad reges Euangeliū perti-
 nere: & hanc curam regum esse debere, ut po-
 pulos ad pietatē inuitēt. Deniq; propter hunc
 finem homines ad societatem esse cōditos, im-
 peria cōstituta esse, populos, hoc est, cōetus con-
 sociatos esse, & Reges præpositos, ut ornent
 gloriam Dei. Hunc finē omnes cōetus hominū
 in imperijs, ciuitatibus, familijs, scholis expe-
 tere debent. Monet igitur Reges, Principes,
 ciuitates, doctores, patres familiās, ut cogitēt,
 hoc præcipuum esse officium suum, ut puram
 doctrinam ad gloriam Dei conseruare & pro-
 pagare, & Deo obedire studeant. In his exem-
 plis uident adolescentes, mōstrata Syntaxi, sen-
 tentias non modò illustriores, sed etiam longē
 dulciores reddi studiosis: multas enim magnas

t res,

res, antea inuolutas, Syntaxis profert & expo-
nit. Scio esse puerile studium, & negotium ui-
deri leue: sed mihi credant adolescentes, non
minus prodesse generi humano Grāmaticen,
ac præcipue hanc partē, quæ est absolutio Grā-
mātices, quām plerasq; alias artes, aut profes-
siones, et si de earum dignitate nihil detraho.
Magna utilitas, & magna laus est Architecto-
nicæ, quæ non modò domicilia nobis condi-
dit, sed etiam rationem muniendi magnos cœ-
tus ostendit, quæ machinas omnis generis uti-
lissimas, molas, naues, portus, aquæductus fa-
bri:ct. Assentior, magnā esse harum rerum uti-
litatem: sed non minor est utilitas Grammati-
ces. Hæc religionū, legum, historiarum, & mul-
tarum artium, quasi nutricula quædā est. Ideo
non solum adhortor adolescentes, sed etiā pro-
pter gloriam Dei obtestor, ut diligentiam in di-
scendo adhibeant, quam primum Deo, Eccle-
siæ, & Reipublicæ debent: deinde, quam flagi-
tant parentes, quorū iudicijs obtemperare eos
Deus iussit. Hæc causæ discendi inculcādē sunt
adolescentibus, ut sciāt, sua studia pertinere ad
Ecclesiā & Rempublicā. Nisi Grammaticen
rectè didicerint, non poterunt ceteras artes, Ec-
clesiæ & Reipublicæ necessarias, tueri. Nec no-
stra opera deesse his studijs debet. Ideo quum
uiderem hunc libellum in manibus esse puer-
orum, fui autor uiro docto, Vito Vuinsemio, ut
eum augeret: deesse enim aliquas pueriles re-
gulas

gulas animaduerteram. Prodit igitur locuple-
tus, non modò præceptis, sed etiam exēplis,
quorum imitatio ad phrasim cōducit. Hortan-
tur autem te domestica exempla ad has artes a-
mandas, quæ ad rectè dicendū necessariæ sunt.
Es enim natus in oratoria familia. Nam auum
tuum audimus, summam autoritatem propter
eloquentiam & ciuilem prudentiam, in patria
consecutum esse, qui, ut illa tempora ferebant,
nō indoctus fuit, & studiosus in primis, ne de-
cessent in oratione nerui. Pater uero, etsi rātum
natura ualet, ut illius ingenii cognouerim ad
eloquentiam aptius, tanta est ubertas, tantus
splendor in eius oratione, quæ naturæ bona
sunt: tamen illam naturæ felicitatem magna
doctrinæ copia etiam instruxit. Horum te ac-
cendi exemplis conuenit, ut possessio-
nem huius laudis in familia re-
tineas. Bene uale,

S Y N T A X I S ▶



YNTAXIN Græci, nostri con-
structionem uocant, rationem con-
texendæ orationis, & coniungen-
darum uocum, ita ut certam senten-
tiam dilucide representet. In tenui,

Pris. lib. 17.
aptā struc-
turā & or-
dinationē
dictionum
uocat.

ut ait Virgilius, labor est: at tenuis non gloria, nec 4. Geor.
mediocre precium operæ, posse animi sensa citra

t 2 ambi-

ambiguitatem afferre. Nam quibus hæc Gramma-
ticæ pars nō satis familiariter nota est, ij, quia teme-
rè congerunt uoces, non possunt explicare quod

Virg. 10.
Acneid.

sentiunt: sed dant sine mente sonum, & inani quo-
dam strepitu feriunt aures, perinde atque fluctus lit-
tora ferit.

Est autem in puerilibus studijs in primis opera
danda, ut sermonem sibi quisq; perspicuum & pla-
nūm comparet, quo exprimere animi cogitata sine
ambiguitate pōbit. Indigni mihi hominis uocabulo
uidetur, qui quoties res seriæ orationem flagitiat,
tanquam λῶφα πρόσωπα in Comœdijs, nullam uo-
cem edere possunt. Sæpe etiam comperi pueros,
quum bonorum uerborum magnam haberent co-
piam: tamen, quia certam structuræ rationem non
norant, non esse ausos loqui: quibus opera omnis
collata in bonas literas, unam hanc ob causam pe-
rierat, quod Syntaxin non didicerant. Quare diu
mihi in hac parte Grammatices puer detinendus
uidetur, dum omnes formulas coagmentandarū uo-
cum cognouerit, & tanquam architectum oratio-
nis profiteri se ausit.

DE SYNTAXI NO- MINUM.

Nomen sine uerbo non absoluit orationem,
 aut integrum sententiam. Est enim oratio,
 integræ sententiæ explicatio. Et tamen sæpe multa
 nomina

nomina cōnectuntur, quibus unum uerbum respon-
det. Quare principiō de nominis syntaxi dicemus.

PRIMA REGVL A.

Adiectūm & substantiū eodem

genere, numero, & casu cohārent: ut, Amicus cer- Cic.in Lē-
tus in re incerta cernitur. &, Orandum est, ut sit lio ex En-
mens sana in corpore sano: Iuuenal is. nio citat.
Satyr.10.

Ad eundem autem modū & participia substan- Ouid.lib.i.
tiis connectūt: ut, Forma uiros neglecta decet. de Arte.
*&, Nullus ad amissas ibit amicus opes: Ouid.** * li.i.Trif.
eleg.8.

Et pronomina: ut, Horat.i.
Nam tua res agitur, paries cū proximus ardet. &, epist.18.
Metiri se quenque suo modulo ac pede uerum est: Li.i.epi.7.
Horatius.

Antiquum est, quum pronomini suo datus Si- In Adelph.
bī per pteonasmum adjicitur. ut apud Terentium: act.5.sce.8.
Suo sibi hunc iugulo gladio.

Et græcum, quum possebiuo pronomini geniti- Lucæ 2.
us ipsius additur: ut, Tuam ipsius animam pertran-
sibit gladius. Nam Græci una uoce, τὴν σεαυτὸν ψυ-
χλὸν dicunt. ut &, τὸν ἐμαυτὸν λόγον, τὸν ἐαυτὸν βί-
βλον, & similia.

Sed tamen & Latini aliquando solent cū pro-
nominis ipse, tum nominum partitiorum ac nume-
ralium, aut etiam participiorum genitiuos possebi-
uis adjicere. Cicero pro Mar. Ex tuo ipsius animo lib.ii.ep.15.
coniecturā feceris. Idem ad Attic. Solius enim meum
peccatum

~~peccatum corriger non potest.~~ Luius lib. 2. ab Urbe cond. Noster duorum euentus ostendet, utra gens

- Lib. 1. Ser. bello sit melior. Item Horat. Cum mea nemo scribat.
 Satyr. 4. pta legat, uulgo recitare timentis, &c. Et Ouidius eleg. 8. lib. 1. Sæper rogabis, Ut mea defunctæ molli-
 ter ossa cubent.

Obseruabunt autem hic pueri, interdū adiectiuam substantiuorum naturam induere, quando uidelicet duo uel plura sine substantiuo concurrunt: ut, Fortunate senex, &c. apud Virg. & Rusticus ille tuus, Eclog. 1. &c. apud Iuuenalem. Nam hic senex & rusticus substantiue accipiuntur. Et contrā, substantiuam adiectiuorum uice aliquādo fungi, ut Aeneid. 1. Hinc populū latè regem, belloq; superbū: pro latè re- gnantem. Sed hæc usus decebit.

EXCEPTIO.

Variant autem à regula, quæ figuratè uel per synthesis, uel per zeugma, uel per syllepsin dicuntur.

- Vide Linacreum lib. 6. Synthesis est, cum nominis multitudinis singulari subjicitur uerbum, uel adiectiuum plurale. ut Ouid. Pars uolucres factæ. Et Virg. 4. Metam. Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi, &c. Nam in his & similibus constructio ad intellectum, non ad uocem refertur. Sunt autem multitudinis nomina, quæ Grammatici collectiuas & distributiuas uocant:

uocant: ut, gens, turba, manus, populus, pars, quisque, uterque, &c.

Est & illa synthesis, cum substantiuo qualicunque adiectuum diuersi generis subiicitur, quod ad intellectum, non ad uocem refertur. ut apud Terent. In In prol. Eu. Eunuchum suam, &c. & apud Virg. Centauro in 5. Aeneid. uehitur magna, &c. Intelligitur enim, In suam fabulam Eunuchum: &, Magna nauis Centauro, &c.

Cuius generis & illa sunt: Samnitum cæsi tria millia. Et apud + Curtium: Duodecim millia crucibus affixi. Item, * Sed scelus postquam ludificatus est uirginē, &c. & , Dij deæque omnes illum senium perdant, qui me hodie remoratus est, & similia.

Liui.lib.10.

Dec.1.

† Lib.4.

*Ter.in Eu. act.4.sce.3.

Teren. in

Eun. act. 2. scen.3.

Zeugma fit, cum diuersis substantiis uerbū uel adiectuum additur, quod cum propiore tantum consentit: ut, Socijs & rege recepto. Vir.1. Aen. &, Caper tibi saluus, & hoedi, & c. Differt hæc si 7.eclog. gura à sequenti, quod illic adiectuum cum digniore, hic cum propiore substantiuo concordat. Cætera infra uide in uerbis.

Syllepsis dicitur, quando pluribus substantiis diuersorum generum subiicitur adiectuum plurale, quod in genere digniori respondet. ut apud Ouidium: Mulciberis capti Marsq; Venusq; In 2.de Ar. dolis. & Aeneid. 7. Cæsosq; reportant, Almonem puerum, foedatiq; ora Galesi. Comprehendit enim hic masculinum genus, tanquam dignius, sub se fac-

mininum ac neutrū. Estq; peculiaris huius figure usus, quum de rebus animatis mentio fit.

Altera syllepsis species est, cum duo bus uel pluribus substantiis rerum inanimatarum adiectuum plurale neutrum græca consuetudine subiicitur. ut Salust. Præterea diuitiae, decus et gloria, in oculis sita sunt. Et Cicero in Epist. Vt operam, studium, consilium, rem, fidem meam, sibi ad omnes res parata putent, et c. Cuius formæ exempla pañim obuia sunt.

Linac. li. 6. *Sunt et sylleptica illa, vixit annos uiginti unum, siue unum et uiginti, et similia. Sed haec syllipsis in numero tantum fit.*

REGULA II.

Relatiuum cum antecedente substantiuo, necesse est genere et numero consentire: ut, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu: Horat. et, Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi: Terent. Conueniunt enim in genere et numero, Quo et Odorem, item Ea et mater. Casu autem conuenire necesse est. nam is sequenti uerbo respondet.

EXCEPTIO.

Vall. lib. 3. cap. 19. I. *Relatiuum qui, que, quod, possum inter duo substantia diuersorū generum, tam sequenti quā in antecedenti recte respondet. Antecedenti: ut i. Metam. Vnus erat toto naturæ uultus in orbe.*

orbe, Quem dixerat chaos, &c. Sequenti autem: ut,
Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur: Sa-
lust. &c. Tunc domicilia coniuncta, quas urbes dici= In Catilina.
mus: Cicero. Item, Saxum antiquū, ingens, campo Pro Sestio.
qui forte iacebat, Limes agro positus, &c. Aen. 12.

Quod per relativum repetitur, in alio tanquam
genus in specie includitur, ut inquit Linacer lib. 6.
de Syllepsi.

*Ad quam formam et illa pertinent, Interea in
morbum incidit, quae res illum à proposito auertit.*

Item Liuius lib. 4. Dec. 1. Iam comitia cōfularia
instabant, quae res eum opprescit.

Et, Amyclas silentium perdidit, quod oppidum Vide Eraſ.
à Laconibus conditum perhibetur: et similia. Chil. 1. ce .

II. Relatiua, quae accidentis uocant 9.adag.1.
Grammatici, genus, numerum, et casum mutuantur
à substantiis, quibus proximè cohærent: ut, Talis
est ciuitas, quales sunt principum mores. &c., Tan- Cic.lib.2.
ta cuiusq; sunt mala, uel bona, quantus est animus, Tus. quest.
qui illa sustinet.

III. Cum ad uerbum, uel totam ora-
tionem præcedentē, relativum infertur, neutro ge-
nere plerumq; ponitur. ut apud Terent. In tempore In Heauto.
ad eam ueni, quod rerum omnium est primum, &c. act. 3. scen. 3
Et apud eundem: Et quod fortunatum isti putant, In Adelph.
uxorem nunquam habui. act. 1. sce. 1.

IV. Quoties antecedens de re pos-
t s seſſa,

sessa, relatum autem de possessore dicitur, conuenit relatum cum primituo possessui eius quod in antecedente ponitur: ut, Nunc mea scripta legis, qui

*Lib. 3. de sum submotus ad Istrum: Ouidius. Tale fuerit et
Poto, ele. 4 hoc: Nos tua arma sequutis sumus, quem uictorem fo-
resperabamus. Sed tamē huiusmodi exemplarario-
ra sunt.*

V. Variant & illa à regula, quæ per

*Eclog. 3. syllepsin dicuntur. ut apud Virgil. Cum Daphnis
arcum Fregisti, & calamos, quæ tu peruerse Me-*

*In Catilina. natus, &c. Et Salust. Cupido pecuniae primò, deim-
de imperij creuit: ea quasi materies omnium mali-
rum fuere.*

2. Metam. Et per synthesin. ut apud Ouidiu: Fumatur ergo
polus, quos si uiolauerit ignis, &c.

Et per prolepsin: ut, Milites pugnant, hic gla-
dio, ille sarissa. Itē, Praeceptores docent, aliis Gram-
maticam, aliis Dialecticam, aliis Philosophiā. Fun-
guntur enim & haec relatiuorum uice quadam.

Obseruare autem pueri etiā illa de-

*Vir 1. Aen. bent, quæ uel ἐλλαστινῶς efferuntur: ut, Vrbs anti-
qua fuit, Tyrii tenuere coloni. Deest enim hic rela-*

*Vir. eclo. 2. tiuum Quam. Item, Canto quæ solitus, si quādo ar-
menta uocaret Amphion, &c. pro Canto illa, que*

*Lib. 1. bell. solitus erat. Vel per pleonasmum, ut apud Cæsar-
rem: Erant omnino itinera duo, quibus itineribus
domo exire possent. Nam hic antecedens repetitur.*

Et apud

Et apud Ciceronem: Ludo autem & ioco, utilis Lib. I. Off.
quidem licet, sicut somno, &c. ubi relatum illis
πλεονέστερον uidetur.

REGULA III.

Interrogatiuum & reddituum casu
conuenire debent: ut, Cuius est sententia? Cicero-
nis. & Cui dono lepidum nouum libellum? Cornelii
tibi, &c. apud Catullum. Item, * Quis me sequitur? Epig. I.
Nemo. Vter fratum uenit? Neuter. * Teren. in
Eunu. act.

Quo loco & illud obiter obseruent pueri, cum 3. scen. 5.
de multis queritur, interrogatiuum quis: cū de duob. Val. lib. I.
tantum, interrogatiuum uter adhiberi solere. cap. 13.

Idem autem etiam de interrogatio- Linac. li. 3.
nibus, quæ per uerba fiunt, intelligendum est. Teret. In Eunu.
Quid agitur? Statur. & * An non dixi hoc esse fu- aet. 2. sce. 2.
turum? Dixti. Quid meritus? Crucem, &c. * In An. aet.
3. sce. 5.

Sed in his aliquando tamen subiicitur, Sic est,
uel Factū, uel Ita est, uel aliquid simile. Idem: Che In Ennu.
rean' tuam uestem detraxit? Factum. Et pro te hac aet. 4. sc. 4.
deductus est? Ita, &c.

EXCEPTIO.

Cum per uocem queritur, que cum Vall. lib. 3.
alijs nominib. alio casu construitur, interrogatiuum cap. 1.
& reddituum casu aliquando discordat: ut, Quan-
ti emptus est liber? Duabus drachmis. Quanti uen-
ditur uinum? Nummo, &c. Nam hic necesse erat,
reddi-

*reddituum eo casu ponit, quem uerbum requirebat,
non qui interrogatiuo responderet. Neq; enim sic,
Emere nummi, aut drachmæ dicimus, ut emere tan-
ti, minoris, pluris, &c.*

II. Cum per pronomen Cuius qua-
ritur, possessoris nomē genitiuo casu subiicitur: pos-
sessiva autem pronomina, eo casu, quem uerbum, ad
quod respondetur, requirit: ut, Cuius est haec ora-
tio? Mea, tua, nostra, uestra, Ciceronis, Antonij, &c.
Cuius puerum hic adduxisti? Meum, tuum, suum,

Eclog. 3. Simonis, Pamphili, &c. Sic & apud Virgil. Cu-
ium pecus? an Melibœi? Non, uerū Aegonis, &c.
Est enim eadem ratio possessiui Cuius, a um, & ge-
nitiui primitiui.

Atq; hactenus de ijs quæ iisdem generibus, nume-
ris, aut casibus construuntur.

GENITIVVS CVM Nomine.

PRIMA REGVLA.

Substantiuum cum substantiuo, ge-
nitiuo casu iungitur: ut, Mors ultima linea rerum:
lib. i. epi. 17. Horat. &c, Crescit amor nummi, quantum ipsa pe-

Satyr. 14. cunia crescit: Iuuenalis.

Eadem ratio & pronominum primitiuerū est,
Vir. i. Aen. quando absolute pro substantiuis ponuntur: ut, His
illius arma, Hic currus fuit, &c.

Et aliorum item adiectiuarum, cum substantiue
usur-

usurpantur: ut, Voluptas esca malorum: Cicero.

*Sed hic obseruare pueri debent genitiuos Mei, Vall. lib. 2.
tui, sui, nostri, & uestri, qui subiecti nominibus affe cap. i.
ctuum, plerunq; passiuè significant. ut Virg. *Victus* Lib. 12. Ae.
amore tui: hoc est, quo tu amaris. Et Horat. *Ne stu* lib. i. epi. 13.
dio nostri pecces: pro, eo studio, quo nos obserua-
mur & diligimur abste. Item Cicero ad Atticum: lib. 13. epi. i
Vehementer tua sui memoria delectatur: hoc est,
qua tu ipsum prosequeris, &c.*

*At cum substantiis facultatem significantibus,
ut sunt, copia, potestas, facultas, causa, & similia,
etiam actiuè significant interdum, & adiectua re-
cipiunt. Cicero ad Lent. *Quocunq; tempore mihi* Lib. i. epi. 9
potestas præsentis tui fuerit. Idem de Orat. L. Cras- Lib. i.
sum, quasi colligendi sui causa, se in Tusculanū re-
cepisse. Et Ouid. Sit modò placandæ copia parua In epistola
*tui, &c.**

*Porrò ad hanc regulam uidentur & illa referri
posse, homo nihili, res mancipi, pro propria, qui ge-
nitius à nominatio mancipium est, liætæ œuvræ
&c. Nam frugi & nauci, qui datiorum specie hab-
bent, prorsus adiectuorum more cum substantiis
iunguntur. ut apud Ciceronem: Frugi & seuera ui-
ta. in Epist. & Homines satis planè frugi ac sobrij: lib. 16. ep. 21
in Verrin. 5. Item Plaut. in Mostell. Qui homo timi- Act. 5. sce. 1.
dus erit in rebus dubijs, is nauci non erit. Quo pa-
sto & Eiusmodi, cuiusmodi, & similia usurpatur.*

A P P O-

APPPOSITIO.

Excipiuntur à regula, quæ per Ap.
positionem dicuntur.

Appositionem uocarūt, cum duo
substantiua eodē casu absq; cōiunctione de eadē
dicuntur. Ouid. i. Met. Effodiuntur opes irritamen
lib. i. ep. 16. *ta malorū*. Horat. Et genus & formam regina pecu-
Vit. 4. Aen. *nia donat*. Item: *Fama malum*, quo non aliud uelocius ullum. & id genus alia. Nam in his & simili-
bus alterum substantiū ueluti declarandi causa ac-
cedit, ideoq; propemodū induit adiectui naturam.
Atq; hoc modo substantiua inter se iunguntur.

REGULA II.

Adiectiua neutro genere pro sub-
stantiuis usurpata, substantiuorum more genitiuos
Iuuen. sat. 3 adsciscunt: ut, *Quantum quisq; sua nummorū posse*
det arca, Tantum habet & fidei: pro, tantā fidem.
Epig. 19. ad & Catull. Sed non uidemus manticæ quod in tergo
Varum. est, ελλειπτινῶς: pro, manticā eam quæ in tergo est.

Atticissimum uocant hanc figuram: quoniam hoc
Atticis quasi peculiare est, ut adiectiuis neutri gene-
ris pro substantiuis utantur: ut, τὸ τιγρὸν τῆς ἀλη-
θείας, pro, οὐ τιγρίς. &, τὸ ὑγρὸν τῷρος ὄφθαλμῷ,
pro, οὐ ὕγρόν της, & similia.

REGULA III.

Superlatiui adsciscunt genitiuos plu-
rales,

rales, uel collectiui nominis singulares: ut *Difertissi* Catul. 4
me Romuli nepotum, &c. &, *Danaum fortissime* Epig.a^r
gentis Tydide, &c. i. Aeneid. cerohe.

Sed hi genitiui interdum in alios casus circumlo-
cutione uertuntur. ut apud Liuium: *Habituri sumus* Lib.4. De.i
consules ex plebe seditiosissimum quenq;. Et apud
Virg. *Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus,* 7. Aeneid.
auis atauisq; potens, &c. pro, plebis & aliorum.

Obseruent autem hoc loco pueri & particulas Vide Vall.
cas, quæ superlatiuis intendendi gratia plerunque lib.i ca.17.
addi solent: ut sunt, multo, longè, quisq;, quam, &c. & 18.
ut, *Conspiclus uester multo iucundissimus:* Cicero. Pro lege
&, *Longè omnium quos quidem mihi audire conti* Manilia.
git, præstantissimus: Fabius. &, *Dum incautius sub* lib.12. ca.11.
eunt, promptissimus quisq; cadit: Liuius. item: *Vt te* Lib.5. De.3
redimas captū quam queas minimo: Terent. Cicero In Eunuc.
alibi & Tam addidit: ut, In tam optima causa. Catul act.1. sce.1.
Ius etiam Tanto & quanto: ut, Tanto pessimus om- Epig.44.
nii poeta, quanto tu optimus omniū patronus, &c. ad Cicer.

REGULA

Que partitionē significant, aut col-
lectionem, item genitiuos plurales adsciscunt: ut.
Nemo hominum, Alter horum, Pars ciuium. Ouid. 4.lib. Trist.
Magna minorq; feræ, quarum regis altera Graias, eleg.3.

Altera Sidonias, utraq; sicca, rates.

Sic & comparativa, cum partitionē significant:
ut, O maiorum iuuenium: id est, inter iuuenes. Nam Horat.de
parti- art.poet.

partitionem exponimus per particulam inter, è, ex,
uel de. ut primo Fast. Solus de superis qui tua ter-
ga uides: pro solus superorum, &c.

Ac comparatiuo utimur, cum partitio sit inter
duo: superlatiuo, cum inter plura: ut, Manuum agi-
lior est dextera, Digitorum longissimus est medius.

Et pronomina: ut, Animaliū hæc binis, illa qua-
ternis pedibus incedunt.

Florus in Et numeralia: ut, Militum decimum quemq; se-
Epitome curi percussit.

Liuij, lib. 2 Et interrogatiua: ut, Quotus enim quisque phi-
losophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ut ratio
Lib. 2. postulat: Cicero in Tuscul.

lib. II. ca. 50 Aliaq; item adiectiua nonnunquam. ut apud Pli-
nium: Canum degeneres, caudam sub aluum defle-
lib. 8. ca. 48 ctunt. Et apud eundem: Nigræ lanarum nullum co-
Linacer li. lorem bibunt. Quod genus orationis ad Helleni-
6. de Helle smum quidam referunt.
nisino.

REGULA V.

Adiectiua quæ curam, desiderium,
notitiam aut metū aliquem, aut contrā significant,

Satyr. 5. genitiuos adsciscūt: ut, Viue memor lethi, &c. Pers.

Lib. 12. ca. I Natura hominum nouitatis auida: Plin.
10. Aeneid. Nescia mens hominum fati. sortisq; futuræ: Virg.
de Art. poe. Item, Timidus procellæ: apud Horat. &c,

Lib. 5. De. I. Trepidus rerum suarum: apud Liuium.

I. Aeneid. Huc pertinet & illa, Securus amorū, apud Virg.

<i>Anxia furti, apud Ouid.</i>	Lib. i. Met.
<i>Dubius animi.</i>	3. Georg.
<i>Ambiguus futuri.</i>	Tacit. li. 19.
<i>Præsaga mali mens, &c.</i>	Vir. 10. Ae.
<i>Item, Amens animi.</i>	4. Aeneid.
<i>Maturus animi, apud Virg.</i>	9. Aeneid.
<i>Falsus animi, apud Terent.</i>	In Eunuch.
<i>Nimius animi, apud Ltiuum, lib. 6. ab Urbe cond.</i>	act. 2. sce. 2.
<i>Cæcus animi, apud Fabium. & id genus alia. Est enim hic casus familiaris ijs, quæ affectionem aut motum animi aliquem significant.</i>	li. 1. cap. 16.

REGULA VI.

Genitiuos adsciscunt & uerbalia pleraque, & participia, cum in nomina degenerant.

<i>Tempus edax rerum: Ouid.</i>	Lib. i. Met.
<i>Audax ingenij: Stat. in Syl. †</i>	
† Lib. 3. in Propemptico Celeris.	
<i>Peruicax recti, apud Tacitum.</i>	Lib. 20.
Pertinax iræ: Valerius lib. 6. cap. 3.	
<i>Patiens inediæ, apud Salust.</i>	Cōtra Cat.
<i>Fugitans litium, apud Terent. †</i>	
† In Phorm. act. 4. scen. 3.	
<i>Sitiens famæ, apud Silium.</i>	Lib. 3.
<i>Lapsus animi, apud Plautum. †</i>	
† In Cistell. act. 2. scen. 1.	
<i>Victus animi, apud Virg. & his similia alia, quo= 4. Georg.</i>	
<i>rum tamen quedam etiam ad superiorem regulam referri possunt.</i>	

Vall.lib.3. Quæ uero copiam, aut contrâ signi
cap.33. ficant, modò genituum, modò ablatiū recipiunt:
Virg.2. ecl. ut, Diues pecoris. et,
lib.1.Serm. Diues agris, diues positis in fœnere nūmis: Horat.
satyr.2. Plenus rimarum, apud Terent. †
† In Eunuch.act.1.scen.2.

4. Georg. Crura thymo plenæ, apud Virg.

Sic cætera eiusdem potestatis, nisi quod alijs a
Horat. li. 1. lius casus familiarior est: ut, Contentus paucis, usi
Serm. sat.3. tate dicitur.

li.4.Dec.3. Contentus libertatis, dixit Liuius.

* Liuius li. † Impos animi. et, * Campos uoti, tantum.

7.Dec.1. † Plautus in Casin.act.3.scen.5.

Prodigus animæ. †

† Horat.lib.1.Carm.ode 12.

Lib.2.sat.3. Benignus uini, somniq;: apud Horat.

ii. Aeneid. Largus opum, apud Virg. inuenies cum genitivo.

Val.li.5.ca. Præditus autem animo, ingenio, uiribus, et c.

35. Virg.2. Ac. Cassus lumine. et,

† Cic.lib.5. Captus, oculis, † auribus, * mente, et c. cum abla.
Tus.quæst. tiuo ferè tantum.

* Idem de Amicitia. Quædam etiam præpositionem ablatiuo pre-
mittunt: ut, Felix nati pietate: Virg. et, Ille uero

3.Aeneid. Græcus, ab omni laude felicior: apud Ciceronem
de Orat. Sic potens pecunia, et potens à pecunia.

Cic. lib.10. Firmus equitatu, et Firmus ab equitatu.

Fam. ep.15.

VACUUS

Vacuus curarum, & curis &c,

Cic. i. Off.

Vacuus à periculo animus, apud Tacitum.

Obseruandū igitur diligenter erit, quæ cum qui Lege Linab
bus casibus frequentius construantur. Multa enim crum lib. 3.
grammaticè secundū rationem dicuntur, quæ usus
Latinorum & purè loquentium repudiauit.

REGULA VLTIMA.

Reus item, & quæ huic affinia sunt,

genitium pleraq; uel ablatiuū adsciscūt: ut, Reus

Tuoti, cædis, capitīs, &c. &c., * Reus stipulando † Vir. 5. Ae.
promittendo, &c. Insōns cædis, furti, &c. &c., In- * Consule
sons crimine cædis, furti, &c. Calepinū.

Liuīus lib. 4. Dec. i. Regni crimine insōns.

Obnoxius timoris, apud Liuīum. &c,

lib. 6. Dec. 3

Obnoxius crimiñi, cum datiuo, quod usitatius est.

Integer uitæ, scelerisq; purus, apud Horat. &c,

li. i. Carm.

Integer, uel purus à scelere, cum præpositione.

ode 22.

Sic &c, Liber legis, apud * Lucan. &c, Liber à * Lib. 6. Li
legibus, usitatè. † bera legū

Roma fo
res.

† Plautus in Trinum. act. 4. scen. 3. Ambitio iam
mōre sancta est, libera est à legibus.

Immunis operum militarium, apud Liuīum: &c,

lib. 7. ab Vr

† Immunis à bello, & id genus alia.

be cond.

* Li. i. ab Vrb. cond. Idē, Immunis militia dixit.

Ingratus autem salutis, quod Virgilius dixit, fi- 10. Aeneid.
guratum est, pro, ob salutē: quemadmodū & Græ
ci dicunt, μανεῖος τῆς Δέας, pro, cīnēa τῆς Δέας.

PHILIPPI MEL.
DATIVVS CVM
Nomine.

PRIMA REGVLA.

Datiuos asciscunt, quæ cōmodum,
facilitatē, similiudinē, aut affinitatē aliquā, & cō-

14. Metam. trā significant: ut, In uia uirtuti nulla est uia: Ouid.
li. i. ab V. c. Malum malo aptissimum: Liuius.

ii. Aeneid. Nulli ueterum uirtute secundus: Virg.

In And. act. Proximus egomet mihi: Terent.

4. scen. I. Huc pertinent pleraq; uerbalia in bilis. nam &
hæc facilitatem, aut contrā difficultatem quandam
significant: ut,

3. Aeneid. Nec uisu facilis, nec dictu affabilis ulli: Virg.

Et in dus: ut, O' mihi post nulos unquam me
lib. i. Trist. morande sodales: Ouidius.

eleg. 4. Item in x quædam: ut, Villa usibus capax, apud
lib. 2. ep. 17. Plinium.

Pertinent eodē ex elliptica illa: ut, Diuites con
li. 2. Dec. i. ferrēt, qui oneri ferundo essent: Liuius. & Deum
benignitate Rempub. gratiæ referendæ esse: idem
lib. 8. Dec. 3. & lib. 10. Ea modò, quæ restinguend
do igni forent, portantes. & id genus alia. Intelligi
tur enim adiectuum idoneus, uel par, aut simile.

* In Eunu. Sed ex superioribus quædam etiam cum geniti
act. 3. sce. 2. uo construuntur: ut similis. * Terent. Domini simi

Lib. 10. lis es. Par. Lucan. Quem metuis, par huius erat.

12. Aeneid. Fidus. Virg. Præterea regina tui fidißima, dextra
Occidit

Occidit ipsa sua, &c. Alienus. Cicero i. de Fin.
Quis alienū putet eius dignitatis, quam mibi quis-
que tribuit, &c. Quod postremum etiam cum ab-
lativo iungitur: ut, + Alienū dignitate imperij. &,
Homo non alienus à literis, apud eundem.

Cicero in
Verr. act. 4.

+ Cicero de Prouincijs consularibus.

Lib. i. Offi.
Cic. s. p Fō.

Et quæ substantiæ sumuntur: ut, Amicus ueri-
tatis. Socius fortunarum.
Proprium animantiū, &c. apud Ciceronem. Nam Li. 5. de Na
& hæc, cum adieclua sunt, datiuum recipiunt: ut, tura deor.
Cæsar multis rebus significat, se nobis esse amicum:
Cicero. &, Poeta oratori multis ornandi generi-
bus socius, ac penè par: idem. &, Amatorem tibi
proprium, &c. apud Plautum.

i. de Orat.

In Mostell.
act. i. sce. 3.

Quædam accusatiuum cum præpositione reci-
piunt: ut, Idoneus ei rei, & ad eam rem. Inutilis si-
bijpsi. &, Inutilis ad pudicitiam, & ad tutandam
rem: Terent.

In An. act. i.
scen. 5.

Commune autem, & pronomē Idem, etiam ab-
latiuum cum præpositione Cum adsciscunt: ut, Sup-
plicium legis & iudicij commune est probis & im-
probis: Cicero. &,

In Pisonē.

Hoc mihi est commune cum cæteris. ad Attic. li.
Sic dicimus, Facit idem huic. &, Facit idem cum
hoc, &c. ii. epist. 2.

Cicero pro
Quin. Veri-
tas cū hoc
facit.

ACCVSATIVVS CVM Nomine.

REGVLA I.

Adiectiua, græca consuetudine accusatiuos substantiuorum adsciscūt, qui partem a-

Virg. i. Ae. liquam totius significant: ut, Nuda genu.

2. Metam. Discincta sinus, &c. Ouid.

Et glacialis hyems, canos hirsuta capillos. Virg.

4. Aeneid. Omnia Mercurio similis, uocemq; coloremq;, Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Grammatici quo nudoxli uocant, id est, comprehensionem: significat enim, nomine totius ad partem tantum referri. ut cum dico, Aethiops albus dentes: nomen Albus totum Aethiopem significat: uerum quia accusatiuus Dentes subiicitur, detorquetur & nominatiuus ad partem tantum.

Virg. 5. Ae. Pertinent huc & illa, Cressa genus Pholoe, etc.

3. Aeneid. & Consertum tegmen spinis, at cætera Graius.

Et que inter Atticismos referri solent: id genus alia, pro, eius generis. Non sum id nescius: pro, eius rei nescius, &c.

Sunt & Atticimi, ubi substantiuis accusatiuus

Plaut. in figuratè subiicitur: ut, Quid tibi hanc rem curatio
Am. act. i. est uerbero? &c,

scen. ult. act. 4. sc. 4. Id anus mihi indicium fecit: in Adelph. Terent. &
similia. Frequens enim est Antiptosis hec apud Atticos. Sed tamè huiusmodi formæ nō facile in exemplis trahendæ sunt, nisi si quas frequens usus Latinorum comprobauit.

REGULA II.

Quæ certū magnitudinis modum,
aut spaciū significant, accusatiuo casu, uel ablatiuo iunguntur, cum adiectiuis quantitatē signifiantibus: ut, Caulis palmum altus: Plinius.

li. 23. cap. 7.

Vmbra quatuor pedes longa: idem.

li. 6. cap. 34.

Storiæ quatuor pedes latæ, apud Cæsarem. Sunt autem Lib. 2. de tem storiæ, ut hoc $\pi\alpha\varphi\acute{\epsilon}\gamma\omega\varsigma$ addamus, flechiæ, siue Bello ciuil. mattæ, id est, substrata, à $\tau\alpha\pi\acute{\epsilon}\omega$, græco uerbo, quod sternō significat.

Item, Sulcus dupondio ex dodrante altus, apud Columellam. Et, Longum sesquipedē, latum pede, li. 3. cap. 13. &c. apud Plinium lib. 35.

Inuenias autem et genitiū pro accusatiuo uel ablatiuo positum. ut apud eundem Columellam: In li. 2. cap. 11. morem horti arcas latas pedum denūm, longas pedū quinquagenūm facito. Et, Locū occupēt decem in eodem pedum longum, quinq; latū, &c. Sed hæc rariora. loco.

ABLATIVVS CVM

Nomine.

PRIMA REGULA.

Comparatiui adsciscunt ablatiuos:

Vilius argentum est auro, uirtutibus aurum: Hora li. 1. epist. 1. tius. Estq; hic casus comparatiui proprius, quem admodum superlatiui genitiuus. Tametsi etiā alios casus recipiant comparatiui et superlatiui, uidelicet quos positui illorū adsciscunt: ut, cibi aliquāto

8 4 audior.

2. Aeneid. *auidior. ex, Seruantissimus æqui, apud Virgilium.*

*Sed tamen pro ablative comparatiui, interdum nominatiuus ponitur, cum particula quām, uel at que: ut, Vilius est argentum, quām aurum. Amicior mihi nullus uiuit, atq; is est: Plaut. Item, Mihi uide tur diutius abfuturus, ac uellem: Cicero.**

In Mercat.

act. 5. sce. 2.

* Ad Attic.

li. 13. epist. I.

Interdum ablative manet, præcedente particula quām, sed cum præpositione Pro: ut, Maiore, quām pro modo corporis, ueste utitur. et, Maiore, quām pro numero hominū, ediderunt stragē. Liu. Solent autem etiam iterari comparatiui latine: ut, Liuius li. 5. Triumphus clarior, quām gratior. ex, Dec. I. Pestilentia minacior, quām perniciosior, apud Libe cond. uiū. Sed hoc modo casus à tergo fere nullos habent.

Particulæ, quæ comparatiuis intendendi aut explicandi gratia adduntur, sunt, tanto, quanto, eo, quo: ut, Omne animi uitium tanto conspectius inse Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur: Iuuenal. sat. 8. ex, Quo quis indoctior, eo impuden tior: Fabius.

li. 10. dec. 3. *Item multo ex longè. ut apud Liuum: via ue rò multo, quām uisa erat, asperior ascendentibus.*

9. Aeneid. *ex Virg. At pedibus longè melior Lycus, ex c.*

REGULA II.

Ablatiuo casu efferuntur, quæ cau sam, instrumentum, aut similem aliquā circumstan tiam significant: ut, Lassus cura, Fessus cursu.

Latus

- Letus honore, imperio, &c. apud Virg. 3. Aen. & 4.
 Potens opibus. Ouid. 4.
 Præceps ambitione, Clarus ingenio, Aeger pedibus, oculis, &c. Liuius: Annibal aeger oculis ex li. 2. Dec. 3. Fast.
 uerna intemperie, &c. Quorum tamen quædam etiam infrà ad postremam regulam referri possunt.

Pertinent autem hoc ex illa, Duplicem gemmis Virg. 1. Ac. auroq; coronam. & Loricam consertam hamis au Lib. 5. Aen. roq; trilicem. ex id genus alia. Significat enim hæc materiam, quæ ex ipsa inter causas numeratur.

REGULA III.

Etiam numeralia, quæ ordinis uocantur, & diuersitatis nomina, ablatiuū adsciscunt, sed cū præpositione à uel ab: ut, Proximus à ioue, Secundus à rege, Alius ab hoc, Diuersus ab illo.

Virg. Quantum mutatus ab illo Heliore, &c. 2. Aeneid.

Horatius tamen, omissa præpositione, dixit, A- li. 1. epist. 17. lius sapiente bonoq; pro, à sapiente, &c.

REGULA IV.

Dignus & indignus, simpliciter ablatiuos adsciscunt: ut, Dignum laude uirum Musa uetat mori: Horat. & Aude aliquid breuibus Gya li. 4. Carm. ris & carcere dignum, Si uis esse aliquis: probitas odc 8. laudatur, & alget; Iuuenal. Sat. 1.

Poetæ tamen pro ablativo, genitiuo interdū usi sunt, Græcorum more. ut Virg. Aeneid. 12. Descendam magnorum haud unquam indignus auorum.

Varia est constructio uocis Opus,
Lib. 6. Aen. sed ablatium tamē sēpius adsciscit. ut Virg. Nunc
In Salust. animis opus Aenea, nunc pectore firmo. Cicero:
Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est uerbis.

Nonnunquam autem præcedit nominatiuus. ut
Epist. 5. Cicero lib. 2. Epist. Dux & autor nobis opus est.
& Liuius lib. 1. Simul quæ uulneri curando opus
sunt, parat.

lib. 10. ep. 8. Nonnunquam genitiuus. ut in Epist. Planci: Sed
aliquantum nobis temporis, & magni laboris, &
2. de Arte multæ impætæ opus fuit. Quomodo et Ouidij illud
amandi. uidetur dictū, Casus inest illic, hic erit artis opus.

Nonnunquam pro ablativo infinitiuus subiicit
li. 13. ep. 23. tur: ut, Hoc fieri oportet, & opus est: Cicero ad At-
tic. &, Sed nunc peropus est, aut hunc cum illa, aut
Act. 1. sce. 5. me aliquid aduersus hunc de illa loqui: Terent.

Sic & Facto opus est, Dicto opus est, &c. qui
ablatiui pro infinitiuis uerborum ponuntur.

Rarum est, Opus est nobis hanc rem.

Cicero ad Att. lib. 6. epistola ult. Dices nummos
mihi opus esse, &c.

Comici autem pro Opus uoce, Usus utuntur, et
Act. 1. sce. 1. dē ferè cōstructione. ut Plaut. in Asin. Vigintiam
In Heaut. usus est filio argenti minis. Et Terent. Mihi sic usus
act. 1. sce. 1. est, tibi ut opus est facto face.

REGVLA VI.

Quæ in esse aut ad esse quippiam ali
cui significant, uariè efferūtur: aliq. ando enim ge
nitiuo Latini utuntur, sèpius ablatiuo, nonnun
quam nominatiuo & ablatiuo, rarius nominatiuo
& accusatiuo. Genitiuo: ut, Ingenui uultus puer,
ingenuiq; pudoris: Iuuenal. &, Non multi cibi ho Sat. II.
spitem accipies, sed multi ioci: Cicero. Ablatiuo: li. 9. ep. ult.
ut, Homo antiqua uirtute & fide: Terent. &, Sunt In Adelph.
mibi bis septē præstanti corpore nymphæ: † Virg. act. 3. sce. 3:
Nominatiuo & ablatiuo: ut, Ennius ingenio ma
ximus, arte ruditis: Ouidius. &, Crine ruber, niger 2. Trist.
ore, breuis pede, lumine læsus, Rem magnam præ
stas Zoile, si bonus es: Martial. Sed hic nominati- lib. 12. epig.
uus pro ratione constructionis etiam in alios casus 54.
transit: ut, Tum pietate grauem, & meritis, si fortè Virg. 1. Ae.
uirum quem Confexere, silent, &c. Duo autem
genitiui uel ablatui, semper ijdem manent.

Huc referri posse uidentur & illa, Generu Andria, Patria Lesbius, Natione Syrus, & similia.
Nam & hæc persone qualitatem describunt.

Nominatiuo & accusatiuo: ut, Nuda, genu, no
doq; sinus collecta fluentes: Virg. &, Illa super su- 1. Aeneid.
ras tunicam collecta ministrat: Ouidius. Sed hæc si Lib. 1. Fast.
guratè dicuntur n̄t à οὐενδοχλώ, ac poetis ferè
tantum in usu sunt. Hæc de Nominum syntaxi.

DE PRONOMINE.

Porrò Nominū constructionem imitantur et
Pronomina. Nam quæ adiectiuè usurpantur,
ceu suprà quoque monuimus, adiectiuorum mo-
Virg. i. Ac. re substantiis iunguntur: ut, Nata, meæ uires, mea
magna potentia, &c. &c.

Eras. Chil. Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca est.
I. cent. 8. a-
da. 64. Quæ uero substantiis sumuntur, substantiiorum
Ter. in An. more genitiuos adsciscunt: ut, Quid istud negotij?
act. 5. sce. 2. &c., Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu sceptrum, lo-
i. Aeneid. uemq; Concilias, &c. Virg.

Vnum est pronomē, idem, quod post se datium
uel ablatium cum præpositione admittit: ut, Sen-
tit idem huic: &c., Sentit idem cum hoc, quod poste-
rius tamen usitatius dicitur.

Et de relatiuorum constructione, suprà regula
secunda dictum est.

Illud tamen hoc loco moneri pueri debent, ut re-
ciprocōrū naturam & usum diligenter obseruent,
ne temerè relatiuis alijs pro alijs utatur. Non enim
idem significant, Senatus censuit, ut ad se de eo re-
ferretur: &c., Senatus censuit, ut ad eum, siue ipsum,
de eo referretur. Neq; idem, Filius agnoscit patrem
suum: &c., Filius agnoscit patrē eius. Nam recipro-
ca eam personam propriè respiciūt, quæ in eadem
oratione, uerbo, uel etiā participio proximè subi-
citur.

citur. Cætera autem relatiua eam serè, de qua antè facta mētio est, uel quæ per obliquum, aut aliunde ueluti noua quædam accedit. Neq; unquam ad primam uel secundā personam fit reciprocatio. Quare barbara illa sunt, Dedi sibi, Dixisti sibi, & similia. Sed hæc rectius docebūt præceptores, cum inter loquendum uel scribendum talis aliqua oratio inciderit.

DE SYNTAXI VERBORVM.

Nunquam integræ sententiæ sine uerbo ex solidis nominibus constat: quare cum nominibus certa quadam ratione uerba coagmentantur. Quoniam autem duplex uerbum est, personale alterum, alterum impersonale, de personalium & finitorum syntaxi priori loco dicemus.

PRIMA REGVL A.

Nominatiuus præcedit uerbū personale finitum, simili numero & persona: ut, Ferrum tuetur principē, & Ocia dant uitia, Ego lego, Tu legis, Ille legit, &c. Est enim eadem ratio pronominum, & reliquorum declinabilium.

† Seneca in
Octavia,
act. 2. sce. L

Additur autem in regula, Personale, propter im personalia, quorū quædam genitiū uel datiuū, uel accusatiuum ante se habent: pleraq; etiam nullum casum, ut infra dicetur. Finitum uero, propter infinitum.

I. Utimur prima & secunda perso-

Vir. i. Aen. na, dissimulatis ferè pronominibus: ut, Viuo equi-
dem, uitāq; extrema per omnia duco. Et, Superat

Lib. 5. Aen. quoniam fortuna, sequamur, &c. Virg. Nam in hi
& similibus, quoniam certi nominatiui prime &
secundæ personæ sunt, ex numero uerbi, proprius
sive legitimus nominatiuius intelligitur. Quare ex
præsē nunquam ferè ponitur, nisi cum discretio-

Virg. i. ecl. nem aut emphasis aliquam significat: ut, Nos pa-
triam fugimus, tu Tityre lentus in umbra, Formo

Lib. i. Aen. sam resonare doces Amaryllida sylvas. Et, Tu nibi
quodcunq; hoc regni, tu sceptrum, Iouemq; Cœcilius,
tu das epulis accumbere diuūm, &c. Nam hic in al-
tero exemplo, discretionis causa ponuntur, Nos &
Tu: in altero, Tu emphasis habet, hoc est, pro-
priam ac singularem quandam demonstrationem:
quasi dicas, Tu, & non aliis.

II. Tertia quoq; persona est, quādo
absolutè sine nominatiuo utimur, in ijs uidelicet,
que uel per ellipsim, uel secundū intellectum dicun-
tur. Per Ellipsim: ut, Aiunt, dicunt, ferunt, perhi-

Virg. 8. Ae. bent, &c. ut, Aureaq; ut perhibet, illo sub rege fue-
runt Secula, &c. Est enim integrū, Homines perhi-
bent, aut simile. Secundum intellectum: ut, Tonit-
pluit, ningit, diescit, uesperascit, &c. ut, Lucescit
hoc

hoc iam cesso pulsare ostium. Teren. Nā in his & In Heaut.
 similibus, intellectu nominatiuum addimus, qualis act. 3. sce. I.
 fuerit: Aqua pluit, Cœlū tonat, fulgurat, lucescit,
 &c. Grammatici exemptæ actionis uerba hæc uo-
 cant, quòd actio eorum in nostra potestate non sit.
 Sed tamen & his aliquando nominatiuum expreſſe
 additum apud autores inuenias. ut apud Tibullum: li. 2. eleg. 6.
 Multus & in terris deplueratq; lapis. Interdum e-
 tiam obliquus additur: ut, Pluit * lapides, & t la- Valer. lib. I.
 pidibus. cap. 6.

* Liuius lib. I. ab Urbe cond.

Pluit lacte, sanguine, & carne, apud Liuium. li 7. Dec. 3.
 III. Est & cum infinitiuus, aut tota & lib. 4. &
 oratio infinitua, pro nominatiuo græca consuetu- li. 3. Dec. 1.
 dine usurpatur: ut, Adde quòd ingenuas didicisse Ouid. 2. de
 fideliter artes, Emollit mores, nec sinit esse feros. Pon. ele. 9.
 Nam hic uerbum Emollit, tanquam nominatiuo
 respondet his, Didicisse fideliter artes, &c. quod
 Græci dicunt, τὸ μαθῆτην προίνει τὰ ἕθη, &c. * Oui. 2. de

Idē fit & in his, * Non facile est, & qua cōmoda Arte.
 mente pati. & apud Persium: At pulchrum est digi Satyr. I.
 to monstrari, & dicier, Hic est. Item: Velle suum Satyr. 5.
 cuiq; est, nec uoto uiuitur uno. & id genus alijs.

Sed infinitiuos hos interim etiam circumloqui-
 mur uerbo finito, adiecta particula Quòd: ut, Do-
 let Turcis, quòd ab obsidione Viennensi repulsi
 sunt: hoc est, repulsos esse.

Atq;

Atq; hactenus de ijs quæ circa nominatiū uariat.
DE FIGVRIS.

Variant autem & circa personam ac numerum quædam, quæ figuratè dicuntur, uel per Euocationem, uel per Synthesin, uel per Zeugma, uel per Syllepsin, uel etiam per Prolepsin.

EVOCATIO.

Euocationem uocarunt, cum uerbo primæ uel secundæ personæ nominatiū tertie præponitur: ut, Ego Virgilius lego, Tu Apollonius

In Capt. scribis, Nos poma natamus. Sic Plautus: Tum de act. I. sc. 2. niq; homines nostra intelligimus bona, Cum que in potestate habuimus, ea amisimus, &c. Voluerūt enim Grammatici, tertiam tantum personam in nominibus esse. Sed non video, cur adiecta pronomibus nomina, nō mutuētur ab eis personā. Tametsi uerum est, quod duriusculè cohærent uerba primæ aut secundæ personæ cum nominatiū tertiae.

SYNTHESES.

Synthesis dicitur, cum nominī multitudinis singulari uerbum uel adiectiuum plurale 1. Aeneid. respondet: ut, Pars epulis onerant mensas: Virgil. &c., Pars in frusta secat, ueribusq; trementia figūt, &c. idem. Nam in his ad intellectum refertur constructio, non ad uocem, perinde ut & supra de nominibus adiectiuis admonuimus.

Aliquando Synthesis & Euocatio concurrunt:

ut, In magnis læsi rebus uterq; sumus: Ouid. &, In epistola
 Pars Scythiam & rapidum Cretæ ueniemus Oa= Phædræ.
 xem: Virg.

Huc & Terētij illud pertinet, Aperite actum
 aliquis ostium. & quæ similis formæ sunt.

i. eclog.
 In Adelph.
 act. 4. sce. 4

Z E V G M A.

Zeugma, adiunctio latine est, cum
 multis substantiis inter se iunctis, unum uerbum
 uel adiectuum additur, quod cum propiore consen-
 tit. ut Virg. Semper bonos, nomenq; tuum, laudesq;
 manebunt. Idem: Hic illius arma, Hic currus fuit.
 &, Quamuis ille niger, quamuis tu candidus essem. Eclog. 5.
 Item Cicero: Nihil ne nocturnum præsidium pa-
 latij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil cō-
 cursus honorū omniū, nihil hic munitissimus sena-
 tus habēdi locus, nihil horū ora uultusq; mouerūt?

i. Aeneid.
 Eclog. 2.
 In Catil. I.

S Y L L E P S I S, S I V E C O M-
 prehensio.

Longius degenerat ab analogia Syllepsis. Nam Vide Lin-
 hic multis substantiis ita uerbū aut adiectiuū adij- crum lib. 6.
 citur, ut consentiat non cum propiore substantio,
 sed cum præstantiore. Porro pluralis numerus præ-
 stat singulari, prima persona secundæ, secunda ter-
 tiæ, nominatiuus casus obliquis, &c.

Fit igitur quadrisariam Syllepsis, ge-
 nere, numero, persona, & casu. Sed de ea quæ gene-
 re fit, suprà in nominibus dictum est: quare de reli-

quis tribus hoc loco tantum agemus.

Syllepsis numerorū propriè fit, cum diuersorum numerorū nominatiis inter se iunctis, infertur uerbum plurale: ut, Milites et Imperator

li. 2. Dec. 4. pugnant. Liuius: Cum terra Nabis Lacedæmonij, mari Romana classis urgebunt.

Sed et illa numerorum syllepsis est, quando duo uel plura singularia coniuncta, respondent uniu-

er. Aeneid. bo plurali: ut, Furor iraq; mentē Præcipitam: Virgil. Et in quibus generum et numerorum syllepsi

li. 6. Dec. 3. concurrūt. ut Liuius: Fregellis murus et porta de

In Catil. cœlo tacta erant. Et Salust. Genus, etas, eloquentia propè paria fuerunt. ubi hæc est etiam coniunctio

Et omissa intelligitur.

Quæ loquendi ratio etiam in nominibus seruat

tur, uidelicet, ut pluribus singularibus respondeat

Cicero lib. adiectuum, aut aliud epitheton plurale: ut, Odium

2. Offic. et metus pessimi ad diuturnitatem custodes.

Syllepsis personarum fit, quum diuersarum personarū nominatiis inter se iunctis, uerbum plurale infertur, quod personæ digniori respondet: ut, Ego et uicinus concertauimus, Tu

In Adelph. frater bellè conuenitis. Sic Terēt. Hæc si neq; ego,

act. 1. sce. 2. neq; tu fecimus, non siuit egestas facere nos, et c.

Syllepsis casuum, cum nominatio et ablativo inter se cohæretibus, uerbum uel adi-

Virg. 1. Ae. cluum additum pluraliter effertur: ut, Remo cum

fratris

fratre Quirinus Iura dabat, &c. & Ouid. 2. Met.
Fors eadem Ismarios Hebrū cum Strimone siccavit.

PROLEPSIS, SIVE

Præoccupatio.

Prolepsis, partitio, seu distributio
quædam est, cum generi seu toti alicui partes subij-
ciuntur, diuersis numeris aut personis, uerbo non
repetito: ut, Milites redeunt, hic ex Hispanijs, ille
ex Gallijs. Item, Ego uapulando, ille uerberando,
usq; ambo defessi sumus: Terent.

In Adelph.
act. 2. sce. 2.

&, Curemus & quam uterq; partē, tu alterum, ego
item alterum. In quibus exemplis etiam Syllepsis
& Synthesis incurruunt.

Cuius generis & illa sunt, Quisq; suos patimur Virg. 6. Ac.
manes, &c. In muros pro se quisq; armati discur-
runt, apud Liuum. Nota figura est, & in descri- lib. 5. ab Vr
ptionibus poetarū et historicorū ubiq; ferè obuia: be cond.

Incidunt autem & aliæ quædam fi-
guræ in hanc uerborum syntaxim: ut sunt, Antipto-
sis, hoc est, quādo casus pro casu ponitur: & Enal-
lage, quando modus pro modo, aut aliud accidens
pro alio usurpatur.

ANTIPTOSIS.

Antiptosis peculiariter fit, cum con-
tra analogiam antecedens imitatur casum relatiui:
ut, Vrbem quam statuo, uestra est, subducite naues.
&, Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.

Virg. 1. Ac.
Ter. in pro-
log. And.

x 2 Item,

Ter. in Eu. Item, Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas
act. 4. sce. 3. dedit? & similia.

- Sed tamen & alij casus pro alijs positi inueniuntur, græca consuetudine: ueluti, Nominatiuus pro Epig. 4. accusatio: ut Catull. Phaselus iste, quem uidetis ho Lib. 9. spites, Ait fuisse nauium celerrimus, &c. Lucanus: lib. 2. Trist. Tutumq; putauit Iam bonus esse sacer. Ouid. Acce In An. act. ptum refero uersibus esse nocens. Sic & Terentius: 4. scen. 6. Quæ sese optauit in honeste parare hic diuitias potius, quam in patria honeste pauper uiuere, &c.
- Virg. ecl. 7. Et nominatiuus pro uocatio: ut, Muscosi fontes, & somno mollior herba, Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra, Solstitium pecori defendite, &c. pro, Et arbute, quæ tegis eos rara umbra.
- Satyr. i. Item apud Persium: Vos ô patricius sanguis, quos uiuere fas est, Occipiti cæco, posticæ occurrite sanæ: pro, ô patricie sanguis. Tametsi posterius hoc quidam etiam lix̄t' ἐλλειψιν exponant, ut sit integrum: O' uos, qui estis patricius sanguis. Sed nihil attinet hic ἀνεβολογεῖν.

ENALLAGE.

Lege Co- Enallage, mutatio est sine ulla ra-
piam Eras. tione, cōcinnitatis tantum causa usurpata: quia de-
lib. 1. ca. 13. lectat interdum uarietas.

Sunt autem penè infinitæ Enallagæ, ex quibus nos has potissimum recensendas existimauimus.

i. Frequens Enallage est, cum in nat-
rando,

rando, infinitiuo pro imperfecto indicatiui utimur: ut, Facile omnes perferre ac pati, &c. pro, Ter. in An. perferebat ac patiebatur. act. i. sce. i.

Item, Inuidere omnes mihi, mordere clanculū, ego In Eunuch. non flocci pendere, &c. Et paſſiua uoce, Mihi ſa- act. 3. sce. i. cra parari: Aeneid. 2. pro, parabantur. Hanc figu- ram Seruius historicam uocat. Prifcianus † autem † Lib. 18. de ἐλλεγήν facit. Exponit enim, Inuidere mihi, pro, Ord. uerb. cœperunt inuidere: Mordere clanculum, pro, cœ- perunt mordere, &c.

II. Est & illa Enallage, quum uerbum ſubſtantium cōtra rationē in numero, conuenit cum posteriore nominatiuo: ut, Amantium iræ, Ter. in An. amoris redintegratio eſt. Nam ratio poſcebat dici, act. 3. sce. 3. Amantiū iræ ſunt redintegratio amoris, &c. quia uerbum conuenire debet cum p̄cedente nominatiuo. Sed de hac re etiam in frā paulo dicemus.

REGULA II.

Vocatiui secundæ personæ & impe-
ratiui p̄ponuntur: aut ſine uerbo, ornatus uel
affectus cauſa, orationi inferuntur: ut, cum impera-
tiuo, Eripe nate fugam, finemq; impone labori. &c., Virg. 2. Ac.
Tu regere imperio populos Romane memento. Lib. 6. Aen.
Sine uerbo: ut, Nata dea, quò fata trahunt, retrahuntq; Aeneid.
sequamur. Et apud Ciceronem: Ego uero lib. 4. ep. 6.
Serui uellem, ut ſcribis, in meo grauiſſimo caſu af-
fuſſes, &c.

Notentur autem etiam illa hoc loco, in quibus
nominatiui non expreſſe, ſed luſt iπόνομα, ſiue, ut uo-
Virg. i. Ae. cant, implicitè ponuntur: ut, Durate, & uosmet re-
4. Acneid. bus feruate ſecundis. Item, Ferte citi flamas, date
tela, impellite remos: & ſimilia. Atq; hactenus de
caſibus, qui uerbum antecedunt.

N O M I N A T I V V S P O S T Verbum.

P R I M A R E G U L A.

* Horat. li. Verba ſubſtantiuua præcedunt & ſe-
Epift. 2. quuntur nominatiui: ut * Ira furor breuis eſt, &c.
Plau. in Af. &, Manus noſtre oculatæ ſunt, credunt quod ui-
act. 1. ſce. 3. dent. Item, † Equus Alexandri & capite & nomi-
† Gell. li. 5. ne Bucephalus fuit.
cap. 2.

Huc perteſſent & illa, in quibus infinitiuus, aut
tota oratio infinitiuua, pro nominatiuo ponitur: ut,
Ter. in Ad. Iſtuc eſt ſapere, &c. &
act. 3. ſce. 3. Virtus eſt, uitium fugere: & ſapiencia prima,
li. i. epift. 1. Stultitia caruiſſe, &c. apud Horatium.

Vir. 10. Ae. Et que per ellipſim dicuntur: ut, Hoc uirtutis
Satyr. 3. opus. Deſt enim, Eſt. Et apud Iuuenalem: Rari
Virg. 3. ecl. quippe boni, ſcilicet ſunt. Item, Triste lupus ſtabu-
lis, Dulce ſatis humor, etc. Intelligitur enim, Lupus
eſt triste, ſiue tristis res ſtabulis: &, Humor eſt dul-
ce, ſeu res dulcis ſementi.

Dicuntur autem ſubſtantiuua, Sum, ſio, forem, &
exiſto: quòd ea ſubſtantiam ſignificet, hoc eſt, rem
perſe

per se subsistere, non agere aut pati aliquid.

REGULA II.

*Etiam nuncupandi uerba, & quæ si
mitem uim habent, utrinq; nominatiuum adsciscunt.
Princeps Saxonæ uocatur præfetus Prætorij.*

Aristaeus inuentor oliuæ dicitur.

Iustinus li.

Balbus tuba belli ciuilis appellatus est. Item, Ille sa †4.

lutatur doctor, Carolus designatus est Imperator.

*Themistocles, cum recusasset lyram, habitus est in- Cic. in Tus.
doctior. Cicero pro Roscio: Is propter me hone- quæst.lib.i.
stissimus inter suos numeratur. Idem de clar. Orat,
Non acutus orator, sed tamē orator numeratus est,
etc. Græcum est, Hic cupit audire Theologus,
pro dici, etc.*

*Obseruent autem hic pueri, nominandi formu-
las. Dicunt enim Latini uariè: ut, Est mihi nomen
Pomponius. qua forma Terentius usus est. Et, Est In prolog.
mihi nomen Pomponij. cuius exemplum apud Plau- Hecyræ:
tum reperies. + Hecyra est
huic nomē fabulæ.*

+ In prologo Amphit. Nomē Mercurij est mihi.
Est mihi nomen Pomponio. qua formula maximē
delectantur eruditii.

*Liuius lib.6. Decad.4. Scipio, cui Africano fuit
cognomen.*

*Vetus est, quod Liuius dixit, Fecerunt illi no- lib. i. ab Ur
men Ascanium. be cond.*

Illud quoq; tametsi leue ac puerile, postremo lo

x 4 eo hic

328 PHILIPP MEL.
co hic addendū uidetur, quod cum uerbum substantiuum, siue solū, siue cum participio aliquo eorum uerborum quæ utrinq; nominatiuum recipiunt, inter substantiua diuersorum generū aut numerorum ponitur, cum præcedente analogicè ac regulariter

- Ioan. I. conuenire debet: ut, Verbum caro factum est: non
Eras. lib. 6. facta. Bonosus Imperator, cum uitā laqueo finiſſ-
Apopht. & set, dictus est amphora pendens: non dicta, &c. Ta
Flauius
Vop. mēſi autores interdum in his enallage, siue commu-
tatione quadam, ut suprā quoq; monuimus, utūtur,
In And. act. ut Terentius: Amantium iræ, amoris redintegra-
3. scen. 3. tio est: pro, sunt. Et Ouid. * Vror, & infidie sunt
* li. 2. Amo rum, ele. 4. pudor ille mee: pro, est, &c.

REGVL A III.

Cætera quoque uerba sequitur ali-

- + Plau. in quando nominatiuus, sed qui statum aut gestum ali
Pseu. act. 3. quem rei significet: ut, Dormit securus, Bibit iei-
scen. 2. nus, Incedit sordidatus. + It cubitum inconatus.
Lib. I. Aen. Virg. Pronusq; magister Voluitur in caput, &c.
10. Aeneid. Idem; Eiectoq; incumbit cernuus armo, &c.

Huc pertinet & illa, in quibus nomina pro ad-
Virg. 8. Ae. uerbijs, Græcorū more usurpantur: ut, Nec nimis
3. Georg. Aeneas se matutinus agebat: id est, manè. &, Non
lupus infidias explorat ouilia circū, Nec gregibus
1. Georg. nocturnus obambulat: pro, noctu: Item, Ante tibi
Eo & Atlantides abscondantur: pro, lux & lumen
hoc est, circa aurorā, siue exortū solis, &c. Atq; in
hunc

hunc modum nominatiuus cum uerbo construitur.

GENITIVVS CVM

Verbo.

PRIMA REGVLA.

Genitiuum postulant, quæ posses-
sionem aut proprietatem significant: ut, Hæc uestis
est patris, Hæc imago est Cæsaris, Hic ensis fuit E-
uandri. Qui genitiui, cum in nomina, uel pronomi-
na possesiua uertuntur, in tertiam regulam suprà
cadunt: ut, Hic ensis fuit Euandrius; Hæc uestis
mea, tua, uestra, &c. est.

Pertinent hic & illa, in quibus uerbū Esse, idem
quod facere, seu pertinere significat. ut apud Liuiū
lib. 5. Turbare uolunt concordiam ordinum, quam ab Vrb.
dissoluendæ maximè tribunitiæ potestatis rentur cond.
esse: hoc est, ad dissoluendam tribunitiam potesta-
tem facere, seu pertinere. Sic & Salustius: Pòst ubi In Catil.
imperium regium, quod initio conseruandæ liber-
tatis, atq; augēdæ Reipub. fuerat, in superbiam do-
minationemq; se conuertit, &c.

REGVLA II.

Verba memoriq; & obliuionis, pro-
misca genitiuum, adsciscunt, uel accusatiuum: ut,
Memini huius rei, & hanc rem. Obliuiscor nominis
tui, & nomine tuum. Virg. Et oblitos famæ melioris 4. Aeneid.
amantes. Idem: Hinc iam obliuiscere. Graios. Sic 2. Aeneid.
& Ouid. Ocia delectent, admoneantq; mei. lib. I. Trist.
x 5 Et Ci. eleg. 6.

930 PHILIPPI MEL.

Et Cicero: illud me præclarè admones, &c.

- † Cicero li. Huc pertinet & Venit in mentem. Dicimus e.
 7.epist.3. nim, † Venit mihi in mentem eius rei: &, * Venit
 * Ad Att.li. 2.epist.21. mihi in mentem ea res. Item cum ablativo, Venit mi
 de Pet. cōf. hi in mentem de hac re, apud Ciceronem. Et cum
 de clar.Or. infinitivo, Venit mihi in mentem uereri.

Linacer lib. 6. refert has locutiones ad iuris.

Quanquā & ex superiorib. cum ablativo que-
 dam construantur; ut, Meminit de te, id est, mentio
 4.Fam.epi- nem fecit. &, Putauit ea de re te admonendum esse:
 stola 10. Cicero. Nam si recordari uolueritis de nouis homi-
 nibus, &c. idem in Rullum.

REGULA III.

Accusandi uerba, damnandi, & ab-
 soluendi, genitium adsciscunt, qui speciem facti si-
 In Pœnulo, gnificet, aut ablatiuū qui genus: ut, Furti se astrin-
 act.3.sce.4. git: Plautus.

In Eunuch. Hic se furti alligat: Terentius.

act.4.sce.7. Dolobellam repetundarum postulauit: Sueton. +
 † In uita Iulij Cæsar. s.

li.2. Dec. 1. Cum capit is anquisissent: Liuius.

li. 14. ep.4. Sceleris condemnat generum suum: Cicero.

&, Inuenimus Egnatij uxorē, cum uinum bibisse
 è dolio, fuisse interfectam à marito, cumq; cedisse

lib.14.ca.13. Romulo absolutum: Plinius.

2.Fam.ep.1. Item, Condemnabo ego te eodem criminē: Cicero.

&, Qui Gabinij literas insigni quadā nota et igno-
 minia

minia condemnasti: idem de Pro. conf. Item, Atq;
hunc ille uir summus, scelere solutum, periculo libe-
ravit: pro Milone.

Huc pertinent & illa, Multauit eum pecunia,
Affecit reos suppicio, & similia.

Sed tamen inuenias quædam, etiam ex superio-
ribus, cum ablatiuo iūcta, sed intercedēte ferè præ-
positione: ut, Postulatus de repetundis. &, Qui de Cic. lib. 8.
perduellione requirerent: Liuius lib. 6. Et sine epist. 8.
præpositione: ut, Multos ex ijs quos capite conde-
mnauerat postero die & in consilium, & ad aleæ
lusum admoueri iussit: Suetō. in Clāud. Quo pacto
& Virgilius dixit, Damnabis tu quoq; uotis: hoc Ecloga 5
est, reos exoluendi uoti facies. Quare sunt qui pu- Linacer li-
tant nomina huiusmodi, cum genitiuo casu ponun- bro 4
tur, εναπτινως ponit; ut sit, Damnare furti, &c.
pro, Damnare criminē furti, &c. dictum. Cicero Libro 1. de
autem etiam inuerso ordine dixit, Inertia accusas Orat.
adolescentum: pro, Adolescentes accusas inertiae.

Singulare est, Expostulauit mecum de non mis-
sis literis.

REGULA IIII.

Adsciscunt & æstimandi uerba ge Valla lib. 3.
nitium uel ablatium plaq;, sed genitium fre- cap. 1
quentius: ut, Tu fortasse quid me fiat, parui pendis: In Heaut.
Terentius. act. 4. sce. 3.
Omnes unius æstimationis aſis: Catull. Epig. 5
Reſpi-

In Curcul. *Respicio uos nihil meam gratiam facere: Plaut.*
 act. i. sce. 2. *Item, Huius non faciam. +*

+ Terent. in Adelph. act. 2. scen. 1.

Ter. in Eu. *Et, Omnes inuidere mihi, ego non flocci pendere.*
 actu 3. sce. 1. *Cum ablatiuo autem: ut, Gloriosa sapientia non*

Pro domo magno estimanda est: Cicero. Et, Data magno e-
fua. stimas, accepta paruo: Seneca. Sed haec rariora, ut
diximus. Huc pertinent et illa, Aequi boniq; fa-
cere, et, Aequi boniq; consulere. Nam et haec
putandi significationem habent.

Terent. In Heautot. act. 4. scen. 5. Cæterum equi
 dem istuc Chreme æqui boniq; facio. Quintil. in
 præfatione lib. 6. Boni cōsulere nostrum laborem,
 uel propter hoc certum est.

REGULA V.

Quæ copiam, & contrà significant,

Horat. li. 1. modò genitiū, modò ablatiū recipiunt: ut, Eget
 epistola 6. aeris Cappadocum rex.

li. 1. Carm. 22. Non eget Mauri iaculis, nec arcu: Horat.
 ode 22.

In Andria act. 5. sce. 3. Sic et indigeo. Terentius: Quasi tu huius indi-

geas patris.

Libro 12. e- Et Cicero in Epist. Nunc te cohortatione non p̄r
 pistola 11. to indigere.

Aeneid. Impleo. Virg. Impletur ueteris Bacchi.

In 2. Philip. Cicero: Is uomens, frustis esculentis totum tribunal
 impleuit, &c.

In Amphit. Compleo. Plaut. Erroris ambo ego illos et de
 act. 1. sce. 2. mentiæ complebo.

Et Virg.

Et Virg. Vterumq; armato milite complent, &c. 2. Aeneid.

*Saturo. Terentius: Næ tu propediem istius ob-
saturabere.* In Hautōt.
act. 4. sce 8.

*Et Cicero: Saturnus appellatus, quod saturetur an Li. 2. de Na-
nis. & similia.* tura deor.

Careo quoq; cum genitiuo posuit Terentius: ut, In Heaut.
Omnes mihi labores fuere, quos cœpi, leues, præ- act. 2. sce. 4.
terquam tui carendum quod erat. Sed usitatus ta- * Eras. chil.
*men cum ablatiuo iungitur: ut, ** Venter caret au- 2. cen. 8. ad.
*ribus. &, Morte carent animæ: Ouid. Quemad- 84.
modum & repleo, expleo, abundo, effluo, uaco, &
cetera pleraq;.* 15. Metam.

REGVLA VI.

*Recipiunt & genitiuos uel ablati-
uos promiscue, quæ curâ aut perturbationem ani-
mi aliquam significant: ut, Discrucior animi: Te-
rentius. &, Discrucior animo.* In Adelph.
act. 4. sc. 4.

Animiq; se angebat: Terent. In ar. Heau.
&, Angor animo, apud Ciceronem, &c. de clar. Or.

Sic & Pendo animi, alibi inuenies. Cic. in Tus.

&, Territus animi, quod Liuius dixit lib. 7. Dec. 1. quæst. li. 4.

*Misereor autem, genitiuo tantum apud idoneos
autores iunctum reperitur: ut, Nil nostri miserere,
mori me deniq; cogis. Virg.* 2. eclog.

Et Plaut. Nemini misereri certum est, quando mei In Capti-
uemo miseret. uis, actu 3.

At miseror, aris, primæ coiugationis, quodidem scena 5.
quod

quod deploro propriè significat, accusatum ad sciscit. ut apud Cæsarem lib. i. bell. Gall. Abditi in tabernaculis, aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis cōmune periculum miserebatur, lib. 6. Aen. etc. Poetæ tamē etiā pro misereor utūt. ut Virg. Phœbe graues Troiæ semper miserare labores.

Pertinet ad hanc regulam & satago. ut apud Te

In Heaut. rent. Etsi is suarum rerum satagit, &c. hoc est, an actu 2. sce. i xius & solicitus est de rebus suis.

iii. Aeneid. Illa uero apud Virgil. Iustitiae' ne prius narer,

Ibidem. belli ue laborum? &, Nec memini ueterū, letor' ue laborum, & similia, Græcorum more dicuntur. Eodem enim modo & illi dicunt, θωμάζουσι τις δι ναοσούντες, τὸν πολέμων, &c. lat' ἐλεγίπτονται: hoc est, ut intelligas particulā Causa, uel gratia

REGVLA VII.

Substantiuo item uerbo subiçimus genitium uel ablatium, cum formam aut qualitatem

In Andria, tem alicuius describimus. ut Terētius: Cum faciem actu 5. sce. 2 uideas, uidetur esse quantius precij.

In Andria, Idem: Quandoquidem tam iners, tam nulli consensu 3. sce. 5 lism.

li. 6. cap. 37 Et Columella: Ab aspectu non aliter probari debet, quam ut sit amplissimi corporis, ceruice uali-

li. 5. bel. gal da, &c. Item Cæsar: Cicero erat tenuissima ualens.

In Iul. Cæs. dine. Sueton. Reliqua militia secundiore fama fut.

de Or. li. 2. Cicero: Annibal is nomē magna apud omnes gloria

fuit.

suit. Et ad Atticū idem: Mira sum glacritate, &c. lib. 2. ep. 7.
 Sic &, Esse animo + uacuo, * magno, leto, bo- + Cic. de
 no, &c. dicimus. Est enim usitatiō ablatius. clar. Orat.
 * lib. 6. ep.

Sed tamen etiam hic interdum accedit praepon- 14.
 tio: ut, Magna in mœstia sum: Cicero in Phil. 2.
 &, Esse in eadem ^a uoluntate, ^b sententia, ^c opi-
 nione, ^d scelere, ^e infamia, &c. apud eundem pas-
 sim. Atq; hactenus de genituō.

a. Cicero ad Attic. lib. II. epist. 13. b. Li. 4. Famil.
 epist. 4. c. Ad Attic. lib. 8. epist. 15. d. Pro Sylla.
 e. Ad Attic. lib. 2. epist. 22.

DATIVVS CVM

Verbo.

REGVLA I.

Quodlibet uerbum admittit dati-
 um personæ aut rei, cui qualicunq; modo aliquid
 acquiritur uel adimitur: ut, Tribuo illi eruditioñē. de clar. Or.
 Gero tibi morem. Cicero li. 2

Dat ueniā coruis, uexat censura colubas: * Iuuen. de Nat.

Sic & absoluta pleraq; ut, Benedico tibi, Male- deor.
 dico illi. Cicero: Si quis alteri maledicit, petulans * Satyr 2.
 uidetur. Idem: Cæsari honestissimè cupio, pro 2. De Ora.
 faueo. li. 2. Famil. epistola 14.

Et Terent. Dij tibi benefaciāt, cum te video nostræ In Adelph.
 familie tam ex animo factum uelle, &c. act. 5. sce. 7.

Item, Obsequor patri, Assentior Catoni, Gly-
 cyrrhiza medetur tuſsi, & similia.

sed

Sed tamē inuenias multa, quæ pro datiuo etiam
alios casus recipiūt: ut, Studeo huic rei, & Studio
lib. 7. cap. 3. hanc rem. Quintil. Abdicatus medicinæ studuit.
In Andria, Et Terent. Horū ille nihil egregiè præter cetera
actu. sc. 1 studebat. Antecello omnibus, & Antecello omnes.
Sic & præcello.

In Topicis. Antecedo huic: ut, Si huic res illa antecedit: Ci-
cero. &, Antecedo hunc: ut, Gracchum paulum
etate antecedens: idem de clar. Orat.

Anteēo omnibus.

Cicero in 9. Philip. Seruius etate illis anteibat
sapientia omnibus.

2. Offic. &, Anteēo cæteros.

li. 1. aca. qu. Idem: Præcurrere cognitioni.

lib. 1. Offic. &, Præcurrere rationem: idem.

Item, Moderari iræ, & Moderari iram, &c.

Cicero de Item, Sum dicto audiens tibi.

Diuinat. li- &, + Sum dicto audiens prætoris, cum genitivo.
bro 2.

+ In Verrin. actione 6.

li. 8. epist. 4 Cælius: Omnes oportere senatus dicto audiētes esse.

In Heaut. Consulo tibi, & Consulo in te. Terentius: Peſi
actu 3. sc. 1 mè istuc in te atq; illum consulis.

Val. lib. 5. Incubo huic negotio, & Incubo in hoc negotio.
capite 85.

li. 3. de Pon Vaco huic rei, & Vaco in hanc rem. Ouidius
to, elegia 3. In nullum mea mens grande uacabat opus.

li. 4. Geor. Incessit regibus discordia, apud Virg.

+ In And. &, Noua isthæc incessit in te religio. Terent. t
act. 4. sc. 4.

Cuius generis & hæc uidentur, Allatum est nobis.

Cicero de clar. Orat.

&, Allatum est ad nos.

lib.3.epi.10

Retulit ille mihi:

Valla lib.3.

&, † Retulit ad Senatum, &c.

cap.38.

Item, Dono tibi librum, & Dono te libro.

† Cic. pro Domo sua.

Affersit tibi labem. †

† Cicero in Vatin. Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. Ibidem: Clarissimo uiro nonnullam laudatione tua labeculam aspergis.

&, Affersit te labe.

Impertit tibi pecuniam. Impertit te salute. aliaq; Linae.lib. cōplura, quæ usus & diligēs lectio autorū docebit. 4.de hac ua-

Caeuo autem tibi, & Caeuo te, uel à te: Metuo ratione cōtibi, & Metuo te, uel à te: Consulo tibi, & Consulo structionis te: Ausculo tibi, & ausculo te: Prospicio tibi, & legatur.

Prospicio uētura, & similia alia, significatione dif- ferūt: quemadmodum & Presto tibi, & presto te:

ut, Homo homini quid præstat? & Virg.* Ter. in Eu.

Ibo animis contrā uel magnum præstet Achillem. act.2.sce.2.

Item, Medicor tibi, pro medicinam adhibeo. & *ii. Aenei.

Medicor morbum, pro curo, & id genus alia.

Pertinent autem ad hanc regulam pleraq; com- posita uerba, præsertim quæ cum his præpositioni- bus, ad, ante, post, inter, ob, in, sub, præ, de, con, & re, componuntur. quorum omniū exempla uel ipse cōgeras licet, uel ab alijs petas: nimis enim longum

y foret,

foret, singula hic recensere. Et qui regule sensum sat
tis tenet, is pluribus hic opus non hab. t.

REGVLA. II.

Verbo Est, habēdi significatione,

Vir.3. eclo. cum datiuo utimur: ut, Est mihi namq; domi pater,
Pers. saty.4 est iniusta nouerca. &, Tecum habita, & noris,
Ouidius in quām sit tibi curta supellex. Icem. An nescis, longa
epistola regibus esse manus?

Helenæ ad
Paridem.

REGVLA. III.

Quibusdam uerbis gemini datiū
adduntur, quorum alter personam, alter cōmodum
aut incommodum significat: ut, Est mihi lucro. Est
mihi odio. Sunt exitio rebus publicis intestina
dissensiones. Horatius: Nec timuit, sibi ne uitio quis
uerteret olim.

In Adel. act
3. scen.3.

Et Terentius: Vtrum studiōne id sibi habet, an
laudi putat fore?

Ex quibus tamen & hic uarie quādam effertur

Liuius lib. tur: ut, Noxe esse.

10. Dec. 1. &, Esse in noxa. †

* Cie. pro † Liuius libro 2. Decadis 4.

Milione. Moræ esse. *

Cie. lib. 10. &, Esse in mora, &c.

Fami. ep. 31.

REGVLA. IIII.

Octauū ca
sum uocat & quibus figuratē datiū ad
Linac. li. 1. iicitur, accusatiui loco, uel ablatiui. Accusatiui: ut,
Vir. 5. Aen. It clamor cœlo: pro, ad cœlum.

&, Bellō: §

C, Belloq; animos accedit agrestes: pro, ad bellū. Lib. 7. Aeneid.
 Ablatiui: ut, Neque cernitur ulli: pro, abullo. 1. Aeneid.
 quæ forma frequens adeò est apud poetas. Item, So- Eclog. 5.
 lus tibi certat Amyntas: pro, tecū. ex, Arcebis gra- 3. Geor.
 uido pecori: pro, à pecore. ex, Solstitiū pecori de- Eclog. 7.
 fendi, ex c. In quo exemplo etiam Hypallage est,
 pro defendite pecus à solstitio.

Atque hoc pertinent etiam ill., de quibus suprad
 inter nomina diximus. ut apud Liuiū: Vtrum quis Lib. 4. ab
 rx plebe sit ferendo magno honori. Et apud eundē: Urbe cōd.
 Rēpublicā esse gratiae referend.e. Item, Esui esse. + Lib. 8. De. 3
 †Macrobius Saturnal. lib. 3. cap. 19.

Soluendo non esse, ex similia: in quibus adiectuum Cic. 2. Off.
 Par, uel idoneū, uel simile aliquid desiderari uolūt.

ACCVSATIVVS CVM Verbo.

PRIM'A RÈGVLÀ.

Actiua uerba omnia accusatiuos ad-
 sciscunt: ut, Vsus me genuit, mater me peperit Me- Gel. lib. 13.
 moria: Sophiam uocant me Graij, uos Sapientiam. cap. 8.
 Item, Auriculas asini Mida rex habet. ex, Virum Vide Eras.
 malum uel mus mordeat, ex c. Estq; hic proprius in Adagijs.
 actiuorum casus, qui personā uel rem significat, in
 quam transit actio.

Actiua autem intellige, non tantum quæ generis
 actiui sunt, sed quæcunque significationem actiuam
 habent, siue deponentia, siue communia eadem fuerint: ut,

rint:ut, Vereor hominem, Sequor illū, Largior pecuniam, Amplexor uirtutem, &c.

De Phrasē Porrò sunt hic admonendi pueri, non omnium
lege Quin. nominum accusatiuos promiscuè omnibus actius
lib.8.cap.1. subiici posse, sed habendam esse rationem φάσεως.
Vall. lib. 1. Interest enim inter hæc, Feci damnum, et Dedi de
cap.75. mnum. Facere modum, et Habere modū uite, et
pud Terentium.

Habeo orationem, rectum est. Facio orationem,
rectum non est.

Rectū est, Facio uerba: non rectum, Habeo uerba.

Differt item, Do uerba. et, Capi uoluptatem,
rectius est, quam, Cæpit me uoluptas.

Vall. lib. 6. Et, Cæpi dolorem, et Accepi dolorem, usitata
cap.3. sunt: non autem, Cæpit me dolor, &c. Contrà, Cæ-
pit me obliuio, recte dicitur: non autem, Oblitione
captus sum.

Quædam etiam bifariam dicuntur: ut, Intueri
*Cic. de magnem. et, *Intueri in speciem rerum.

Vniuer. Cicero de Pro. cons. Intueri aliquem coram.

† Epist. 9. Mereri aliquem. et, † Bene mereri de aliquo, &c.
lib.1.Fam.

Sed hæ figuræ in quotidiana lectione autorum
deprehenduntur: quas nos hic præceptionibus inse-
rere noluimus, ne onerarentur infirma ingenia, ni-
mia commentarij prolixitate. Et congesserunt Val-
la, et Hadrianus Cardinalis, non contemnendū
merum huiusmodi formularū: qui proponendi sunt
pueris,

pueris, ubi prima elementa Grammaticæ percepere-
runt. Est enim his qui purè loqui studēt, opera dan-
da, ut in promptu habeant magnā supellecīlē, non
modò bonorum uerborū, sed et formularū sermo-
nis, quæ in usu ueterum fuerūt. Nam ita demum re-
dolebit sermo Latinam phrasin, et perspicuus erit,
cum in cōpositione uerborū, ueterum exempla et
consuetudinem imitabitur. Sed redeo ad regulas.

REGVL A II.

Adsciscunt & neutra quædam accu-
satiuos, sed cognatæ significationis: ut, Aro terram,
Bibo uinum, Saltat fabulam, Dormit somnum Epi-
menideum.

Item, Pastillos Rufinus olet, Gorgonius hircum:
Horatius.

et, Vimeta crepat mera: idem.

Et quæ Græcorum exemplo dicuntur, Gaudeo
gaudium, λαγῶ λαγός. Quæ uerba autocnōpti-
næ, ut suprà diximus, uocantur, quod absolute, et
quasi intra se actionem significant.

Vertitur tamē hic accusatiuus in ablatiuum ali-
quando: ut, Diu uideor uita uiuere: pro uitā: Plaut.
in Mil. et Morte obiit repentina: pro, mortem: Sue
ton. Non licet recta ire uia: pro uiam: Seneca, et c.

Nam aliás, neutra sine accusatiuis absoluunt senten- * Lib. 8. de
tiam, ideoq; Absoluta uerba uocavit ea Priscian. * signi. uerb.
ut, Crescit amor nūni, quantū ipsa pecunia crescit. Iuuē. sat. 14

Eras. Chil. et
cēt. 9. ada-

64.

Lib. i. Ser.

satyra 4.

Lib. i. epi. 7

Ter. in An.

act. 5. sce. 5.

Hunc scio

mea gauisu

rū gaudia.

Lina. lib. 4.

act. 3. sce. 1.

In August.

Construuntur cum accusatiuo &
composita quædam, ui præpositionis, cum qua com-

In Ennu. ponuntur: ut, Villam prætreo sciens: Terentius.
act.4. sce.2. Transligi metam, Præteruecti sumus scopulos, &c.

Cic. pro

REGVLA IIII.

Cel. Scopu

los preter-
uecta est o-
rato mea. Quæ meniuoram aut spacium signi-
ficant, accusatiuo casu uel ablatiuo cum uerbis in-
guntur. Accusatiuo: ut, Cum abesse ab Amano iter
lib.15. epi.4 unius diei, &c. Cicero. Hercinæ syluæ latitudine no-
lib.6.bel. uem dierum iter expedito patet: Cæsar.

Gal. Sic Plin. de Mausoleo: Patet ab Austro & Septen-

lib.36.ca.5. trione sexagenos ternos pedes. & Virg. Treis pa-
3.eclog. teat cœli spacium non amplius ulnas. Ablatiuo: ut,

Virg. II. Ac. Nec longis inter se paſſibus absunt: idem. &c. Iuge-
In Ibin. ribusq; nouem summus qui distat ab imo: Ouid.

Aliquando etiam præpositionem addunt utrig-
lib.37.ca.2. casui: ut, Murrhino capaci ad sextarios tres: Plin.
&, Cum à mille ferè paſſibus castra posuisset: Li-
uius lib.4. Dec.3.

REGVLA V.

Certa quædam actiua sunt, quæ

Cie. in Pis. duos accusatiuos adsciscunt: ut, Doceo te literas.

* Terent. in Celo te culpam, Iudico te beatum. * Facio te apud

Ad.act. 4. illum deum.

scen.1.

I. Metam. Ouid. Petit hanc Saturnia munus.

II. Acneid. Virg. Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Hec

Hec uocant Grammatici *suæfætinæ*, hoc est, Transitiua, eo quod trāsmigret in duos accusatiuos eorum actio: alterum qui personam significat: & alterum, qui rem quæ agitur.

Sunt autem ferè uerba docendi, monendi, uocandi, rogandi, postulandi, uestiendi, præstandi, faciendo, & id genus alia: quorum quæ cōmuniora sunt, ferè his uersiculis comprehenduntur,

Flagito, posco, peto, moneo, rogo, postulo, & oro,
Exoro, admoneoq; interrogo, uestio, cingo,
Induo, cum doceo, cumq; exuo, calceo, celo.

Sed ex ijs tamen quædam pro altero accusatiuo Cæsar li. 7.
interdum ablatium recipiunt cum præpositione: de bel. Gal
ut, Interrogo te hanc rem, & de hac re. Doceo te Qui de suo
aduentum meum, & de aduētu meo. Celō te has res, aduētu dā
& de his rebus. Cicero in Epist. Existimare debes, ceant.
te maximis de rebus à fratre esse celatum. Lib. 5. ep. 3.

Item, Precor te ueniam, & Precor abs te ueniam.
Peto te hanc rem, & peto abs te hanc rem: quæ u-
situdiniora sunt.

Quædam etiam trifariam dicuntur: ut, Induo te
uestem, græcè: Induo tibi uestem, & induo te uestie.
Sic & exuo.

Porrò transitiuorū constructionem & alia inter
rim uerba sequuntur: ut, Dedit filiam suam Pam-
philo uxorem. + Sumpsit te iudicem, testem, &c. In + Cic. ad
quibus tamen præpositio In subintelligi uidetur: Brut. ep. 6.

pro, in uxorem, in iudicem, in testem, &c.

SYNECDOCHE.

Est & ubi figuratè accusatiuus adjicitur uerbis passiuis & absolutis, græca consuetudi-

Lib. 9. ne. Lucan. Pluribus ille notis variata tingitur aliū,
Virg. 1. Ae. &, Expleri mentem nequit, ardēcitq; tuendo.

2. Aeneid. &, Implicitat, & miseris morsu depascitur artus.

Vir. 3. Geo. Item, Micat auribus, & tremit artus: idem. &,

Ibidem. Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem: idem.

Vall. libro Sic dicimus. Doleo caput, Rubet capillos, &c.

3. cap. 17. Grammatici συνεδροχή uocant, quod cum uerbum nominatiuo totius respondeat, per accusatiū mox ad partē restringatur. Est enim propriè συνεδροχή, siue comprehensio, quando pars pro toto, aut

Virg. 2. Ae. species pro genere ponitur: ut, Patrio te limine si-

Ibidem. stam: id est, domo. Mucrone corusco: pro, gladio. & id genus alia.

ABLATIVVS CVM
Verbo.

PRIMA REGVLA.

Passiuorum proprius casus est abla-

Lib. 1. Ser. tiuus, cum præpositione à uel ab: ut, Laudatur ab satyra 2. his, culpatur ab illis: Horat. &, Ego quoq; à meis

In Adel. act me amari, & magni pendi postulo: Terent.

5. scen. 4. Fit autem hic ablatiuus ex nominatiuo actiuo:
quemadmodum rursum accusatiuus, qui proprius
actiuorum est, in nominatiuum uertitur: ut, Ego
lego

lego Virgiliū, Virgilius à me legitur. Clodius prescripsit Ciceronem: & Cicero à Cladio prescriptus fuit.

Inuenias tamen apud poetas, ubi datiuus pro ablativo figuratè ponitur: ut, Vīsus mīhi: pro à me. 1. Aeneid.
 &, Nulli exaudita deorum Vota precesq; mēæ, Virg. II. A. &c. pro, à nullo. Sed de hac figura etiā suprà me-minimus.

Græcam Antiptosin uocat Seruius, teste Linacro lib. 6.

Quod autem suprà de actiuis monuimus, idem hic de paſtiuis intelligendum, ut pro paſtiuis accipias, quæcunq; patiendi significationem habent: ut, Mundus per se, & à se patitur, & facit omnia: Ci- De Vniuer. cero. Anima quæ in pulmones ducitur, caleſcit ab ipso ſpiritu: idem de Natur. Lib. 2.

Item, Fabricius respondet, ſe à ciue ſpoliari mal Quin. lib. le, quām ab hoſte uenire: pro, uendi. 12. cap. I.

REGULA II.

Ablatiuo caſu efferuntur, que cauſam, instrumentum, aut modum actionis ſignificant. * Hor. lib. I. epift. 17.
 Cauſam: ut, * O derūt peccare boni uirtutis amore. † Ouid. I. de Arte.
 &, † Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis. * Virg. 6.
 Item, Pudore prohibitus, * Furto letatus inani, & Aeneid.
 ſimilia. Inſtrumentum: ut, Obsequio retinetur a- Cato li. I.
 mor, &c. Ferit illum gladio, Percutio hunc pugno, Obsequio
 &c. Modum: ut, Res magna dexteritate acta, quoniā dul- Punica
 ces retinen- tur amici.

Lib.2. De.3. Punicare religione seruata fides: Liuius.

2.de Arte. Non facile est, & quæ commoda mente pati: Ouid.

Huc pertinent & illa, Conflictari graui pelli.

Cic.lib.1. lentia. Laborare febri, morbo, &c.

de Finib. Laborare capite, pedibus, intestinis, &c. Et quæ
uerbis Afficio & Prosequor efferuntur: ut,

* Ci.ad At. Afficio magna & uoluptate, & honore, &c.

lib.5.ep. 20 Prosequuntur me summa benevolentia, amore, &c.

† Pro S. Nam & haec quodammodo instrumentum uel cau-

Ros. sam significant.

Aliquando tamen & prepositio additur in qui-

Cic.lib.9. busdam:ut, Laborat ex pedibus.

epist.23. Rem cum summa modestia peregit, & similia: pre-
sertim ubi modis significatio aliqua est.

REGULA III.

Mercandi quoq; uerba, & quæ eius
generis sunt, ablatiuum adsciscunt, qui precium si-
gnificet: ut, Vendidit hic auro patriam.

6.Aeneid. &, Fixit leges precio, atq; refixit: Virgilius. Item,
Nihil carius cōstat, quam quod precibus emitur. †
Seneca lib.2. de beneficijs, cap.1.

Virg.10. Ae &, Haud illi stabunt Aeneia paruo Hospitia, &c.

Lib.6. &, Paruo cum precio diu liceret: Martialis.

Vbi illud obiter quoq; notandum, Licere actiu-
uoce idem esse quod præstare, & quasi æstimatum
dari, seyl sein. Liceri autem, & licitari, precium de-
ferre certum uenditori, seylschen, darauff bieten. ut

apud Pers. Et centū Græcos curto centusse licetur. Satyra 5.

Valeo, cum accusatiuo ex ablatiuo reperitur:

*ut, Denarij, quod denos æris ualebat: quinarij, quod
quinos, &c. dicti: Varro.*

Li. 4. de lingua Latina.

*& Scrupulum ualebat fessertijs uicenis: Plin. Quæ Lib. 33. ca. 3.
posterior forma frequentior est.*

Excipiuntur, tanti, quanti, pluris, minoris, quæ

genitiuo casu cum uerbis mercandi ponuntur: ut,

Magis illa iuuant, quæ pluris emuntur: iuuenal. Satyra 11.

& Non uendo pluris quam alijs, fortasse etiam mino

Cic. 3. Offi.

ris. Sed tantum hi genitiui, cum adduntur substantiis,

in ablatiuos uertuntur: ut, Quato metiris pre

Satyra 9.

REGULA IIII.

Quæ prohibendi significationē ha-

bent, iūem auferendi, abstinenti, aut distandi, abla-

tius adsciscunt, sed alias cum præpositione, alias

sine præpositione. ut Virg. Ignauum fucos pecus à

4. Geor.

præsepibus arcent. Idem, Instabiles animos ludo pro

In eodem loço.

hibebis inani.

Lucan. A trepido uix abstinet ira magistro.

Libro 4.

Ouid. Est uirtus, placitis abstinuisse bonis. Quod

In epistola Helenæ.

uerbum etiam actiuè interdum ponitur cum accusa-

tiue. ut apud † Liuium: Abstinere uim, ignem, &c.

† Lib. 2. Dec. 3. Ab eo uno, scilicet agro Fabij, fer-
rum, ignemque, & uim omnem hostium abstine-
ri iussit.

Absti-

Cic.in Ver. Abstinere manus ab alienis pecunijs.

act.7. Superioribus autem similia sunt, Abstulit am pecuniam.

In Adel.act cr, Abs quouis homine, cum est opus, beneficium
2.scen.3. accipere gaudeas: Terentius.

Cic. Ante- Cedere de dignitate, fortuna, Repub. et c. et,
quam irat † Cedere uita, curia, tēplis, et c. sine præpositione.
in exiliu.

† In epistola ad Octauium.

* Ter.in Eu. Exulo * domo, † patria, et c.

act.3.sce.5. † Cicero 3.Tuscul. quæst.

Lib.7.Sa- Exulat è conuiuijs, apud Macrobius.

tur.cap.1. Supersedeo labore, pro abstineo, sine præpositi-

lib.4.epi.2. one.ut apud Ciceronem in Epist. Supersedeas hoc
labore itineris.

Abest à Roma, Distat ab urbe, et c. cum præpo-

4.Trist.el. fitione. Ouid. Millia qui nouies distat ab urbe deci-
10. Et quæ bifariam dicuntur: Abhorret à literis. et,

Epig.60. Seuaq; abhorrebas prisci præcepta Catonis, apud
Catullum.

Interdixit eis igni et aqua. †

† Cicero pro Domo sua.

In Domit. et, Interdixit histrionibus scenam: Suetonius.

Cic.pro Differt ab illo.

Cæc. et, Differunt inter se, et c. Sed et hoc uerbum ali-

In Topicis. quando actiue usurpatur: ut cum dicimus, Differt
a diem, b tempus, c uadimonium, et c.

a Pro Deiot. b De Prouin. conf. c Pro Quint.

REGV=

REGULA V.

Ablatiuoſ adſcifcunt & hæc depo-
nentia, utor, fruor, fungor, potior, & uescor: ut,
vtor uino, Fruor ſtudijs meis. * Fungor officio. * Cic. 2. Of.
Potitus sum imperio.

Vefcor lacte, caseo, carne, &c. Lib. 5. Tuſc

Sed ex his, utor, fungor, & potior, apud uetu- queſt.

ſtiſſimos cum accusatiuo quoq; posita reperiuntur:
ut, In prologis ſcribendiſ operam abutitur : Terēt. In pro. An.
&, Neq; boni, neq; liberalis functus eſt officium ui- In Adel. act
ri: idem. &, Patria potitur commoda: ibidem. * 3. scen. 4.
*act. 5. sc. 4

Postremum autem hoc, cum uincere atq; impe-
rare ſignificat, etiam genitiuo conſtruitur : ut, Re-
rum potiri uolunt: Cicero.

In Catil. 2.

Si eius oppidi potitus foret: Saluſtius.

In Iugur.

REGULA VI.

Prepoſitio quoque omiſſa, uel per
compositionem addita, facit interdū, ut uerbis abla-
tiuuſ roctē addatur : ut, Medio tutiſſimus ibiſ: pro, Ouid. 2.
in medio. Eiecit eum ſedibus ſuiſ: pro, & ſedibus. Metamor.
Pedem porta non extulit: Sueton. pro, extra portā. In Tiberio

Sic, Quanta ſpe decidi: Terent. †

† In Heaut. act. 2. scen. 3.

Magnis tamen excidi ausiſ: Ouidius.

Lib. 2. Met.

Figurata ſunt, Parce metu Cytheræd. &, Vir. 1. Aen.

Venatu in uigilat pueri, &c. pro, metui & uenatui. 9. Aeneid.

N O M I-

NOMINA TEMPORIS.

Omnino ablatiuus circumstantiarum casus est: proinde ex temporum nomina, & locorum, eodem plerumq; effeuntur. tametsi eadem illa etiam alijs casibus interdum, secundum diuersitatem significandi usurpantur. De quibus accipe has regulas:

PRIMA REGVLA.

Ablatiuo nomina temporis effeuntur, cum speciem magis quam durationē significa-

7.Fam.ep.4 *mus:ut, Superioribus dieb. ueni in Cumanum: Cic.*
Lib.3. De.i. Puncto tēporis rerum momenta uertuntur: Liuii.
lib.2. ca.98 Omnia plenilunio maria purgantur: Plinius.
 * *Liuius li. Sic dieimus, Adulta ætate profectus est. * Exe-*
3. Dec.i. cto mense redijt.

Virg.i. ecl. Longo pōst tempore uenit: & similia. Non enim rectē dicitur, Superiores dies ueni in Cumanum.
 Neq; secutus est analogiam Terentius, cum dixit,

In An. act. Interea mulier quēdam ab hinc triennium
 1.scen.2. Ex Andro commigravit huic uiciniae, &c. Nam triennium hic non significat durationē, sed factum, quod semel accidit ante triennium. Duo itaq; grecismi sunt, Triennium, pro triennio: & Huic uiciniae, pro, in hanc uiciniam.

Cic. pro Hoc loco & illa notanda sunt, Id ætatis, pro et
 Cluent. ætate. Illud horæ: pro, ea hora, & similia. Nam &
In Heaut. hæc Grecorum more dicuntur. Terent. Ego iſtuc
 act.i.scen.1 ætatis non amori operam dibam. Suetonius in Ne-
 rone:

rone: Quare nunquam se publico illud horae fine tribunis commisit, &c.

REGULA II.

Accusatiuus frequentior est ijs, que durationem, seu tempus continuum significant: ut,
Vnū cum gente tot annos Bella gero.
&, Hic iam ter centū totos regnabitur annos, &c. c. Ibidem.
&, Noctes atq; dies patet atrī ianua Ditis: Virg. 6. Aeneid.
Item, Tertium iam annum & uicesimum regnat,
Biduum absuit,
Non plus triduum, uel triduo, &c.

Virg. 1. Aei.

Ibidem.

6. Aeneid.

Vtriusq; autem casibus interdum & præpositio
nes accedunt: ut, Annos ad quinquaginta natus.
Tribunitiam potestatem in quinquennium accepit.
Accidit in paucis diebus, & Paucis diebus.
† De die epulari, & Die.

Cicer. pro

S.Ros.

Cic. pro

Cluent.

Suet.in Tib

Ter. in An.

act. 1. sce. 1.

† Liuius lib. 3. Dec. 3.

Hora. Ut iugulēt homines, surgūt de nocte latrones. Lib. 1. ep. 2.
Terent. Cæterū rus cum prima luce ibo hinc. in Adel. act.
Item, Venit tertio calendas, & Ad tertium Calen- 5. scen. 3.
das, & Tertio calendarum.

Huc pertinent & illæ formæ: Est in diem, quod
promittis, auff borg.

Ci. Phil. 2.

Philip. 5.

Li. 10. ep. 7.

Lib. 1. ad

Atticū ep. 1.

&, In diem uiuere: pro non cogitare de crastino.

In horam.

In posterum, In reliquum.

In aliud tempus, auf ein ander zeit, &c.

LOCOS 12.

LOCORVM NOMINA.

Nominibus regionum præpositio-
nes, sicut & appellatiis adduntur, siue uerbis inlo-
co, siue de loco, siue ad locum significantibus adji-
ciantur: ut, Fonspergius duxit exercitum in Ita-
liam, Gallus in Italia dominari cupit, Gallus ex Ita-
lia profectus est. Sicut, Venio in urbem, sum in ur-
be, Proficiscor ex urbe.

1. Aeneid. Figuratum itaq; est apud Virgilium: Italiam fa-
to profugus, Lauinaq; uenit Littora, &c.

Eclog. 1. ut &, At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.

6. Aeneid. &, Deuenere locos, &c. & id genus alia, que per
ellipsis à poetis dicuntur.

Aet. 5. sc. 8. Et suo quodā modo dixit in Phormione Tere-
tius, Cuius uir uxorem Lemni habebat aliam: pro-
in Lemno. Est enim eadem ratio insularum, que &
regionum.

At rectè dixeris, Arceo hostem Italia: quemad-
modum & Arceo hostē urbe. Exclusit uenientem
Gallia: ut, Exclusit uenientem foribus, &c. de quib;
bus suprà dictum est.

Propria autem urbium, absq; præpositionibus
cum uerbis iunguntur, idq; in hunc modum:

REGVLA I.

Vrbium propria, primæ uel secun-
dæ declinationis, in loco esse significant, genitivo
casu singulari: tertiae autem declinationis, & plu-
ralis

Ialia tantum, ablativo: ut, Tarenti degit Archita, Vide Gell.
qui ligneam columbam uolatilē fecit. lib. 10. ca. 12

*Cicero in epist. Commendo tibi domum eius, quæ li. 13. ep. 22.
 est Sicyone. Horatius: Rome Tibur amem uento- li. 1. epist. 8.
 sus, Tibure Roman.*

Item, Delphis Apollo oracularē reddebat. &c., Taciti regnauit Amyclis: Virg. 10. Aeneid.

*Quibusdam tamen & datiuus placet in tertia declinatione. Dicunt enim, Sum Carthagine, & Tyria Carthagine
 Sum Carthagini.* qui nunc Expectat.

REGULA II.

Ad locum significat accusatiuus, cuiuscunq; numeri aut declinationis nomina ipsa fuerint: ut, Noctuas Athenas.

Vide Eras.

Proficiscor Romam, Confero me Vitembergam.

in Adagijs.

Carthaginem rediit Regulus, &c.

Cic. 3. Off.

REGULA III.

*De loco autem & per locum signifi-
 cantes, ablativo utimur: ut, Carthagine rediit Scipi- Liuius lib.
 o. Roma profectus est cum exercitu. &c., Athenis 5. Dec. 3.
 habuit iter Paulus, &c.*

*Inuenias tamen semel atq; iterum, etiam ciuitatum nominibus præpositiones additas: ut, Venit ad 6. Messanā Messanam: Cicero. Quod idem ferè fit, cum proprijs adiectiua, aut aliás appellatiua iungūtur: ut, Sum in urbe Roma. & Propertius:
 Magnum iter ad doctas proficiisci cogor Athenas.* In Ver. act. cum im-
 pio nemo uenit. Li. 3. c. 21.

In epistola Tametsi Ouidius etiā absq; præpositione dixeris,
Phyllidis Atq; aliquis doctas iam nunc eat, inquit, Athenas.
ad Dem.

REGVLA IIII.

Propria ciuitatum imitantur & hæc
appellatiua, domus, rus, humus, militia. Dicimus e-
nim, Sum domi, Eo domum, Venio domo.

Et additis adiectiuis, meæ, tuæ, suæ, nostra, ue-
stre, & alienæ domi: ut, Malo esse cum timore do-
1. Offic. mū meæ, quam cum periculo domi alienæ: Cicero.
Item, Diodorus multos annos nostræ domi uixit:

Lib. 5 idem in Tuscul.

lib. 9. ep. 19. & Balbus recta à porta domū meā uenit: in Epist.
Item cum genitiuo possessoris. ut apud eundem

Lib. 1. de Diuimat. Quæ ipsa domi Phalaridis consecra-
Lib. 1. ep. 7. uisset. Et ad Att. Clodius deprehēsus domi Cesarii.
3. epistola. Et ad Var. lib. 9. Epist. Sed quid ego hec ad te, cu-
In epistola ius domi nascuntur? Ouidius autē & plurali num-
Laodamie. ro dixit, Quò ruitis? uestras quisq; redite domos.

Sic dicimus, ^a Sum ruri, ^b Eo rus, & ^c Redes
rure, &c.

^a Cicero pro Cluent. ^b Terent. act. 4. sce. 1.

^c Cic. lib. 5. epistola 20.

In Hecyra, ut, Ruri educatus est. Et apud Terentium: Senex
act. 1. sce. 2. rus abdidit sese.

In Eun. act. Item, Video rure redeuntem senem: apud eundem
5. scen. 5. & † Iacet humi. & * Tollitur humo.

* Vir. 3. Ge. † In Catil. orat. 1.

Non autem, labitur humū. nam accusatiuo in hac Ou. 15. Me-
forma non utimur. Virgilius tamē pro accusatiuo, tamor. Set
genitiuo huius nō minis, significatione ad locū usus pit humū.
uidetur: ut, Nec prius absit, quām septem ingen-
tia uictor Corpora fundat humī, &c. i Aeneid.

Militiae autem solo genitiuo localiter & absolu-
tē usi sunt autores. ut Terentius: Vnā s̄mp̄r mili- n Adelph.
tiæ & domi suimus. Et Salustius: * Igitur domi mi act. 3. sce. 4.
litiaeq; boni mores colebantur. * In Catil.

DE NUMERALIBVS.

Quoniam autem omniū ferè circumstantiarum
casus & constructionē hactenus persequuti sumus,
non alienū putāui, hoc loco & de numeralium usu
aliquid adiūcere. Sunt autē uaria ea nomina. Quæ-
dam enim simpliciter numerū significant, quæ vul-
go cardinalia uocātur: ut, unus, duo, tres, quatuor,
&c. & horum interrogatio, quot. Alia ordinem Vall. lib. 3.
significant: ut, primus, secūdus, tertius, &c. & ho cap. 5.
rum interrogatio, quotur. Alia distributionem:
ut, singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni,
octoni, noueni, deni, uiceni, triceni, quadragenii,
quinquagenii, sexagenii, septuagenii, octogenii, no-
nagenii, centeni, millenni, &c. Significat enim bini,
ye 2 dren: terni, ye drey, &c.

Ac simplicia quidem numeralia, à cæteris adie-
ctiuis constructione nihil differūt, nisi quod & par-
titinorum more cum genitiuo plurali iunguntur: ut,

Mille hominum occidit, Centum senatorum proscriptis, &c. de quare et suprà meminimus. Distributiva autem & ordinalia, peculiarem in quibusdam usum habent.

PRIMA REGVL A.

Distributiuis utimur, cum distribu-

tione facta, suum cuiq; parti numerū assignamus:

Virg. 5. Ae. ut, Bina boum nobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naues: id est, duos boues in
singulas naues. Que locutiones trifariam efferuntur.
Aut enim distributiuis solis utimur rei acce-

ptæ uel impense: ut, Consules binas legiones scribe

li. 1. Dec. 4. re iussi: Liuius. &, Binos æris in modios populo di-
In eodem uiserunt: idem. Aut personæ uel rei, cui aliquid

loco. acceptū uel impensum refertur, nomē Singuli adi-
cimus, et pro distributiuis, cardinalibus utimur. ut

li. 3. Dec. 4. apud eundem: In singulos pedites dati octingenti
æris. Et apud Cæsarem, lib. 1. Commen^t. Ad dena-
rios quinquaginta, in singulos modios annona per
uenerat. Aut etiam quum distributiuis utimur,

nomen Singuli adiicimus: ut, Bini senatores singu-
lis cohortibus prepositi: Liuius. &, Quindena illi-
gera data in singulos pedites: idem lib. 5. Dec. 4.

Ergo hoc interest inter binos, quinos, denos,
&c. & inter duos, quinq;, decē, &c. aureos, quod
cum dicis, Deni aurei militibus dati sunt, significas
singulos decem accepisse. At cum dicis, Decē aurei
militibus

Li. 3. ab Vr
be cond.

militibus dati sunt: significas, totam legionē decem tantum accipisse. Atq; in hunc modum distributio uis utuntur autores.

Poetæ tamen his aliquando abutuntur pro numeralibus simplicibus. Sic Lucanus † dixit, Septeno gurgite: pro, septem gurgitibus.

† Lib. 8. Gurgite septeno rapidus mare summo-
uet amnis.

¶ Per duodena regit mundi sol aureus astra: pro, Virg. i. Ge.
per duodecim astra.

REGULA II.

Adduntur & distributiua numera
lia nominibus quæ pluraliter tantum dicuntur: ut,
Binas literas abs te accepi eodem exemplo.

Cicero lib.

† Ex iunis nuptijs geminas mihi cōficies. Liuius ta
men dixit li. 3. ab Urbe cond. Tribus liberis, quorū
nemo Cæsoni cedebat: pro, ternis. quod huic qui-
de n uocē tanquā peculiare est. quanquā & alia hu
iusmodi contra regulam usurpata paſſim inuenias.

10. epist. 5.

† Terēt. in

And. act. 4.

scen. 1.

REGULA III.

Ordinis nominibus, perinde ut cæ-
teris adiectiuis utimur, addita tamen ferè particula
Quisque: ut, Tertio quoque die uenire solet, ye am
dritten tag. Liuius: Decimum quemq; militem ad li. 2. Dec. i.
supplicium legit, ye den zehenden.

Cicero pro Rab. Post. Tertio quoq; uerbo exci-
tabantur. Et in Pison. Tricesimo quoq; die.

Construuntur & cum genitio plurali ordinatur
 Suet.in Iul. *lia*, partitiuorū more: ut, Quartus quisq; annorum
 Florus li. i. bisextilis est. Ultimus regum Romanorum fuit su-
 cap.7. perbus.Iuuenal. * Quota portio fecis Achæe.
 * Satyr.3.

Quod idem & cardinalibus familiare est: ut
viginti equitum in primo conflitu cecidere. Sed
de hac constructione etiam suprà meminimus.

Cæterū & illud quoq; hoc loco monendū si-
 detur, ueteres Latinos, qui purè atq; emendatè lo-
 quuti sunt, in efferendis numeris, qui summam cen-
 tum milliū excederēt. plerunq; aduerbijs usos esse.

li.33.ca.10. Nam apud antiquos, ut inquit Plinius, non erat nu-
 merus ultra centum millia. Macrob.lib.1.de Somn.
 Scip.Duplicatis igitur illis, quadrages octies cen-
 tenis millibus, erit integra diametros celestis circu-
 li, nonagies sexies centena millia stadiorum. Quod
 uulgò loquentes dicunt, Nouies millies mille &

Cap.iii. sexcenta millia stadiorum, &c. Plin.lib.2. Ab India
 ad Herculis columnas Gadibus sacratas, octuagis
 quinquies cētena septuaginta octo millia passuum.

li.12.cap.19 Idem alio loco: Minima computatione, millies cen-
 tena millia sestertiū annis omnibus India & Se-
 res, peninsulaq; illa imperio nostro ademit: pro-
 centies milliis mille HS.

In qua tamen forma, quoties nomen sestertiij adi-
 citur, numerus centnorum millium omitti ferè so-
 let. Suetonius in Calig. Totumq; illud Tiberij Cæ-
 saris

saris uicies ac septies mille seftertiū non toto uer-
tente anno absumpsit: pro, uicies ac septies millies
centena millia sefteriorum. Sic dicimus, Decies se-
ftertiū: pro, Decies centena millia sefteriorum.
Centies seftertiū: pro, Centies cētēna millia sefter-
tiorū, quo precio æstimatus fuit unio Cleopatræ. Plin.lib. 9.
Hæc eo plurib. hic adieci, quod sciam has formas in ^{cap. 35.}

scholis uulgò negligi. Refert aut in primis, rectè lo-
quendi figurās tenere. Deinde et turpe est, id quod
primum ferè omniū discitur, latine effari nō posse.

DE INFINITIVIS.

Hactenus indicatiui constructionē persecuti su-
mus. Eosdem autem casus post se recipiunt et cete-
ri modi finiti. Nam ut dicimus, Lego Virgiliū: ita
et, Lege Virgiliū, Utinā legerē Virgiliū, Si legam
Virgilium, et c. rectè dixeris. Neq; alia constructio
thematīs uerbi est, quam cæterorū temporū atq;
personarū, quæ ab eodem themate descendunt.

Infinitiui autem modi alia paulo constructio est.
nam et ante se casum aliū recipit, quam superio-
res modi: et ab altero plerunque uerbo dependet,
quoties uidelicet duo vel plura uerba absq; coniun-
ctione se sequuntur.

REGVLA PRIMA.

Accusatiuus proprius casus infini-
tiuorum est, præcedens infinitiuum, perinde ut no-
minatiuus uerbum finitum: ut, Aio, te Aecidam

Romanos uincere posse.†

† Ennius uersus de Pyrrho. Cicero lib. 2. de Diuin.
et, Metiri se quemque suo modulo ac pede, uerum
li. 1. epist. 7 est: Horatius.

Exponitur autem per nominatum, mutato uer-
bi modo, et adiecta particula Quod, uel ut, aut
simili: ut, Aut probos adolescentes deprauari con-
suetudine malorum: id est, Aut quod probi ado-
lescentes depraventur malorum consuetudine.

Ter. in An. Item, Optauit se in honeste hic parare diuitias po-
tius, quam in patria honeste pauper uiuere: hoc
act. 4. sc. 6. est, ut pararet diuitias potius, quam honeste pau-
per uiueret.

REGULA II.

Infinitiui addūtur uerbis signifi-
cantibus qualemcumq; uoluntate, aut sensum, aut fa-

* Cicero li. cultatem. Voluntatem: ut, Cupit te uidere, allo-
1. de Diuin. qui, &c. * In animo habet, nauem descendere.
li. 3. eleg. 21. Propert. Magnum iter, ad doctas proficii cogor

Athenas. Quae uerba Græcis neoxi get in a dicuntur,
quod neoxi p̄s̄i p̄s̄i, hoc est, cōsiliūm, siue propositū,
aut uoluntatem aliquam significant: qualia sunt: no-
lo, nolo, malo, paro, cogito, instituo, incipio, au-

Ter. in Ph. deo, debeo, iubeo, ueto, &c. Sensum: ut, Saluum
act. 2. sce. 1. te aduenire gaudeo. Quid tristē te incedere video?

Eclog. 9. Virgil. Cantando longos memini me condere soles.
Ter. in An. Quo pacto et, Memini me uidere, dicere, et simi-
lia de-

lia dicuntur. Huc pertinent uerba affectuum, item Vide Vall.
uerba opinandi, dicendi, & quæcunq; sensum ali- in Rauden
quem uiden di, audiēdi, cognoscēdi, aut reminiscen fem.
di significant. Facultatē:ut, Nec tecum possum Martial. li.
uiuere, nec sine te. 12. in haben
tem uarios
mores.

Nequeo mearum rerum initium ullum inuenire ido- In Hecyr.
neum:Terent.

&, Docuit me fidibus canere, ludere, saltare, &c. act. 3. sce. 3.

Atq; huc pertinent etiam impersonalia pleraq;
ut licet, expedit, contingit, refert, &c. ut,^a Licet di-
cere. ^b Est uidere. Expedit facere. ^c Contingit adi-
re. Refert scire, &c.

a Plaut. in Casin. act. 5. scen. 3. b Horat. lib. I.
Serm. sat. 2. c Horat. lib. I. epist. 18.

Exponitur autem infinitius cum uerbis uolun-
tatem aut facultatē significatibus τέληνως, ut Gra-
ci dicunt: hoc est, per particulam Ut. ut, Cupio te Ter. in An-
uidere: hoc est, Cupio ut uideam te. Doceo te ca- act. 4. sc. 2.
nere: hoc est, Doceo te ut canas. Eplicat enim τέ-
λος, hoc est, causam finalem uolūtatis aut actionis.

Cum uerbis autem sensuum exponitur ἀδιλίως,
hoc est, per particulam Quòd: ut, Memini me dice Cicero in
re: hoc est, quòd dicebam. Nam hic euentū scuspe- 6. act. Verr.
ciem actionis exponit.

REGVL A III.

Casus sequens infinitiu[m] Esse, &
que similis constructionis sunt, conuenit cum pro-

In An. aet. ximo casu præcedente. ut Terent. Cau te tristem
 2.scen.3. esse sentiat. Idem: Ipsus sibi esse iniurius uideatur.
 * Martialis Sic &, Illi conuenit esse probo. &, * Nobis non li-
 li. 9. epig. 12 cet esse tam disertis. Item, Tu cupis dici strenuus,
 † Teret. in Ille uult uideri pius. † Parmenonem tristem video,
 Eun. aet. 2. &c. Nam eandem cōstructionem uerba nunc upan-
 scen.2. di, & uerba gestuum, cum uerbis substantiis ha-
 bent, ut suprà dictum est.

Græcum est, Ille uult audire Theologus, pro, di-
 ci Theologus. Quemadmodū & in usitatū Lucani

Lib. 9. illud, Tutumq; putauit Iam bonus esse sacer. Nāla-
 tina consuetudine dicendum fuerat, Tutumq; puta-
 uit Iam sacerum esse bonum & clementē, &c. Sed
 hoc inter figurata referunt, ut suprà monuimus.

REGULA IIII.

Græcisini sunt, cū infinitiū addun-
 tur nominibus facultatem significantibus, aut aliis
 pro gerundijs usurpantur: ut, Nunc est tempus di-

In An. aet. I cere quæ sentias: pro, tempus dicendi. Terentius
 scen. I. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli, ut ani-
 mum ad aliquod studium applicent, aut equos ale-

In 10., eclo. lendi equos, aut canes, &c. pro, ad studium a-

10. Aeneid. cantare periti, pro, cantandi. &, Nescia mens ho-
 minum fati, sortisq; futuræ, Et seruare modū, reb-
 sublata secundis: pro, nescia seruandi.

Virg. 5. Ae. Quibus similia & illa sunt, Magnum dat fere
 talentum:

talentum: pro, ad ferendū, siue ut ferat. & Audax Horat.li. i.
 omnia perpeti, Gens humana ruit per uetitum ne- Car.ode 3.
 fas: pro, audax ad perpetiendū omnia. Item, Et can Virg.7.ecl.
 tare pares, & respōdere parati: pro, pares cantan
 do, & parati ad respondendum. Cuiusmodi formæ
 à poetis ferè usurpantur, Græcorum imitatione,
 apud quos cum gerundia nulla sint, infinitiu pro
 gerundijs ponuntur.

D E G E R V N D I S.

P R I M A R E G V L A.

Genitiui casus gerundia, sequuntur
 nomina facultatem aut uoluntatem significātia: ut,
 Occasio emergendi. + Locus ignoscendi.

+ Terent.in Heaut.act.2.scen.1.

Gratia discendi Athenas missus, &c. Iustin. li. 17
 Quid. Tempore creuit amor, qui nunc est summus, 1.Fast.
 habendi.Iuuenal. Tenet in satiable multos Satyr.7.
 Scribendi cacoethes, & ægro in corde senescit.

Huc pertinent & illa, quæ per adiectiva dicun
 tur: ut, Cupidus uidendi.

* Studiosus dicendi.

* Cicero de Orat.lib.1.

Certus eundi, apud Virg. & similia.

Terent. in
 Hec. act. 3.
 scen.3.

4. Aeneid.

R E G V L A II.

Accusatiui casus gerundia preposi
 tione annexuntur uerbis: ut, Mitto illum ad specu
 landum arcem. Virg. Et inter agendum Occursare Eclog.9:
 capro,

3. Georg. capro, cornu ferit ille, caueto. Idem: Namq; ante
domandum, Ingentes tollent animos, &c.

REGULA III.

Cum necessitatē significant in dum
gerundia, impersonalium modo ponuntur, uel
datiuum iuxta se habet, uel casum omnino nullum
ut, Vigilandum est nobis. + Sperandum est uiuis.

+ Philephus ex Theocriti Batto, ut testatur E.

+ Ouid. 3. rasmus in adagio, Aegroto dū anima est, spes est.
de Arte. Surgendum est, Eundum est. + Utendum est etate,
li. 1. Carm. &c. Horatius: Nunc est bibendum, nunc pede li-
ode 37. bero Pulsanda tellus, &c.

REGULA III.

In dō gerundia, sequuntur uerbum,
uel cum præpositione, uel sine præpositione. Sine
Manilius. præpositione: ut, Omnia conando, docilis solertia
Virg. ecl. 3. uicit. &, Frigidus in pratis cantando rumpitur an
12. Aeneid. guis. Item, Simul aptat habendo, Ensemq; cly-
peumq; & rubræ cornua crista: pro, ad habendū.
lib. II. ca. 2. Et apud Pliniū: Telum spiculauit, perfodiendo ter-
gori: pro, ad perfodiendum. aliaq; id genus: que ta-
men, quia datiuī significationem magis quam abla-
tiui præse ferūt, absq; præpositiōe, ueluti iure suo
efferuntur. Cum præpositione autem: ut, Ratio
lib. I. ca. 4. recte scribendi, cum loquendo iuncta est: Fabius.
Heus senex, pro uapulando Herclē ego abs te mer-
A&t. 3. sce. 3. cedem petam: Plaut. in Aulul.

S. 107.

Significant autem hæc aliæ actiue: ut, Homines nihil agendo, male agere discut: hoc est, dum nihil agunt. Alias passiuè. ut apud Virg. 3. Geor. Capit enim uires paulatim, uritq; uidendo Fœmina: hoc est, dum uidetur. & alibi: Alitur uitiū, uiuitq; In eodēli. tegendo: id est, dum tegitur. Non sum soluendo: Cicero li. 2 pro eo quod est, Non possum soluere, siue Nō sum Offic. & li. par soluendo, figuratum est, ut suprà monuimus. 14. Ad Att. epist. 8.

Adsciscunt autem gerundia casus uerborum suo rum analogicōs, perinde ut & cæteri modi, cætraq; tempora. Terēt. Ea res tum dedit existimandi copiam, Quotidianæ uitæ cōsuetudinem: Quæ cu- act. 2. sce. 3. iusq; ingenii ut est, declarat maximè. Cicero: Hos accusando, illos occidendo, ciuitatem labefactasti. Liuius lib. 8. Dec. 4. In frugib. pecudibusq; nō tan tum semina ad seruandū indolem habent, quantum terræ proprietas, cœliq;, sub quo alūtur, mutatio.

Sic & cum impersonalium modo usurpantur. ut apud Lucretium li. 1. Aeternas quoniam pœnas in morte timendum. Et Virgil. Aeneid. 11. Alia arma Latinis Quærenda, aut pacem Troiano à rege petendum. Sic enim & Donatus & Seruius legunt. tametsi huiusmodi formæ Græcismis potius annumerandæ uidentur. nam Græcis hoc modo loqui familiare est. Xenoph. In Hercule: ἀλλ᾽ εἴτε τὸς θεὸς οἰλέως εἰνάρι σοι βέλη, θοραποντέορ τὸς θεὸς, δέ τε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους σὺ δρυγντέορ, &c. hoc

Columell.

lib. ii. ca. 2.

¶ c. hoc est. Siue deos propitios esse tibi uis, colendum est deos: siue ab amicis dilig cupis, demerendum est amicos. Et Isocrates in Archidamo, ἀλλὰ μή τὸν τοῦ λαῶς τύπον, θανάτον οὐ μηδεποτέ: hoc est, Vbi non licet honeste uiuere, ibi mortem nobis eligendum est. Quas formas Latini per participium usitatè efférunt: ut, Colendus est Deus, Demerendi sunt amici, Eligēda est mors, &c. Quanquam et superiori es formas Latini eadem sententia per participium eodem casu cum nomine positum, efferre crebrè solent: ut, Gratia salutandorum amicorum domum redij. & Ad speculandam arcem missus est eques: pro, salutandi amicos: & ad speculandum arcem. Sic Salustius: Magisq; dādis quam accipiendis beneficijs amicitias parabāt. Et Livius lib. 8. Dec. 4. Nolite existimare, belua tantum recens captas, feritatem illam sylvestrē primō seruire: deinde, cum diu manibus humanis alantur, mitescere: in hominum autem feritate mulcenda, non eandem naturam esse.

Atq; hic rixantur Grammatici, utrum gerundis recipiant casus: & an gerundū sit, Salutandorum, cum dico, Gratia salutandorum amicorum domum uenio. Rectius autē est, meo iudicio, & ad captum puerilem accommodatius, docere, quod gerundia siant participia, quando non regunt casus suorum uerborum. ut cum dico, Salutandi amicos, Salutam

dibis

De cōiura
tione Cati
linæ.

di hic gerundiū est, significationis actiū, quia regit casum uerbi actiū, sicut Saluto amicos. At cum dico, Salutandorum amicorum, Salutandorum participium est passiuē significationis: sicut si dicis, Ut salutentur amici.

Singulari quodam modo dixit Terentius, Date In prologo crescendi copiam Nouarum, qui spectandi faciunt Heaut. copiam, &c. Et Plautus: Nominādi istorum magis In Capt. quād edundi copia est: pro, spectandarum nouarum, &c., nominandorum istorum. Habetq; figura hæc propemodum Græcum quiddam.

DE SUPINIS.

Regula prima.

Supina priora casum uerbi sui adsciscunt, & cum uerbis significatiū motum ad locum iunguntur: ut, Venio salutatum amicos. Ouid. Li. i. de Ar-Spectatum ueniunt, ueniunt spectentur ut ipse. te amandi. Plautus in Aulul. Coctum ego, non uapulatum dum conductus sum. Significatio eadem quæ infinitiū actiū est. Significat enim, Venio salutatum amicos, idem quod, Venio salutare amicos, &, Venio ad salutandum amicos.

REGULA II.

Posteriora supina construuntur uel cum adiectiū facultatē aut modum aliquē significantibus, uel cum uerbis significantibus motum de loco. Cum adiectiū, ut Virg. Nec nisi facilis, nec Lib. 3. Aen. dictu

act. 4. sce. 1.
Linacer li.
6. refert ad
Enallagen
numerorū.

Li. 2. de Pō dictu affabilis ulli. Et Ouid. Turpe quidem dictu-
to, eleg. 3. sed si modò uera fatemur, Vulgus amicitias utilitate
probat: pro, turpe dici, siue ut dicatur. Significant
enim paßiuè hæc, ut suprà docuimus. Cum uer-
In Mench. bis: ut, Obsonatu redeo: Plautus. &c., Primus cubi-
act. 2. sce. 2. tu surgat, postremus cubitū eat: Cato de Reruſ. *
* Cap. 5. Nullus autem his casus præponitur, unde etiam no-
men accepisse uidentur. Atque hactenus de perso-
nalibus.

DE IMPERSONALIBVS.

Svprà docuimus, duplia esse impersonalia:
paßiuæ uocis alia, alia actiuæ. Paßiuæ: ut, ama-
tur, statur, luditur, legitur, &c. Actiuæ: ut, decet,
oportet, libet, licet, &c. Ac paßiuæ uocis imperso-
nalia, ab omnibus uerbis, tā actiuis quam neutrīs,
cadunt. Sed constructio ferè imitatur regulā paßi-
uorum, præterquād quod nullus nominatiuus pre-
cedit. nam ideo dicuntur impersonalia. Principiō
igitur de ijs quæ paßiuæ uocis sunt, mox de reliquis
dicemus.

REGVLĀ.

Impersonalia paßiuæ uocis ante se
casum non habent, post se autem plerosq; eos, quos

In Adel. recipit uerbum paßiuum: ut, Factum est à uobis du-
act. 4. sce. 5. riter: Terentius.

Li. 2. Offic. Occurrit uobis, &c. quidem à doctis: Cicero.

Ou. 1. Met. † Viniuit ex rapto. Viniuit in diem.

Viniuit

Vivitur ingenio, cætera mortis erunt.

Virgil. in
Mecœna-
tis obitū.

Sic & , Luditur tibi.

Eras. Chil.
2.cen.2.

& , Luáitur de tuo corio.

pro.88.

Benefit multis à principe.

Vir.7.Aen.

Certatur cominus armis. & similia.

Terent.in

Aliquando nec ante, nec post se casum habet: ut,

Eu.act.2.

Quid agitur? Statur.

scen.2.

Pugnatur fortiter.

In Pse. act.

Egetur acriter: Plautus.

1.scen.2.

* *Quasi cum caletur, cochleæ in occulto latent.*

* Idem in

Accusatiui autem actiuorū in personalibus sub-

Cap. act.1.

ijci non possunt & Non enim rectè dixeris, Legitur

sce.1.

Virgilium: sed pro eo Latini dicunt, Legitur Vir-

gilius, mutato accusatiuo in nominatiuum, & im-

personal i uerbo in personale paßiuum.

Actiuæ uocis impersonalia, certa
ac numerata quædam sunt, diuersamq; à superiori-
bus constructionem habet. nam & ante se casus re-
cipiunt, & alia alios adsciscunt. Quanquā autē per-
sona in his uideatur incerta, quia desunt nomina-
tiui, tamen obliqui personam definiunt. Quare
hæc ordiuntur sententiam, perinde atq; personalia.
ut si dicas, Principem oportet potius consulere pu-
blicæ saluti, quam priuatis affectibus morem gere-
re: hic accusatiuus cum uerbo perinde inchoat sen-
tentiam, certamq; designat personam, ut si per no-
minatiuū & uerbum dicas, Princeps debet potius

A confu

consulere publicæ saluti, quam priuatis affectibus morem gerere. Pleraq; autem uerba, alioqui personalia, constructione in impersonalia degenerant.

REGYLA PRIMA.

Est, Interest, & Refert, personā genitiuo designant: à se autem infinituum recipiunt, uel cōiunctum, cum particulis Ut, An, Ne, & si. Sue. in Tib. milibus: ut, Boni pastoris est, tōdere pecus, non de. Cic. i. Off. glubere. Non est sapientis dicere, Non putaram. Tib. 2. de Fi. Interest omnium rectè facere: Cicero.

Reipublicæ refert, conseruari literas: &, Ut conseruentur literæ: item, An conseruentur literæ: &, Ne intercidant literæ, &c.

EXCEPTIO.

Vall. lib. 3. Pronominā possessiua, cum uerbis cap. 2. Interest & Refert, ablatiū casu, genere foeminino:

cum uerbo autem Est, genere neutro, casu nominatiuō iuguntur. Salustius: Faciendum aliquid, quod illorum magis, quam sua retulisse uideretur. Cicero pro Murena: Cædes criminī potissimum datur ei, cui interfuit: non ei, cuia nihil interfuit.

Priscianus lib. 12. hunc locum citat ex oratione pro Vareno.

In Hecyr. Terent. Tua quod nihil interest, percontari desine. act. 5. sce. 3. Idem: + Tuum est, si quid præter spem euenit, mihi + In Andr. act. 4. sce. 1. ignoscere.

Grammatici ridiculam quandam rationem affingunt,

finisunt, cur possessiuorum ablatiuis utamur. Nam Pris.lib. 17.
cum uerba haec significant pertinere, recte dici pu- & Despau-
tant, Mea interest: quasi, In re mea est. &c., Tu a- terius in
fert: quasi, Tua res fert, &c.

Porrò adduntur his & genitiui, tanti, quanti,
parui, magni, &c. Cicero: Quantu[m] Reipublice in- Vall.lib. 3.
tersit, omnes copias in unum locum conuenire. cap. 3.
Idem ad Atticum: Per magni nostra interest, te esse Ad Attic.
Rome. Terentius: Parui retulit, non suscepisse: in= lib. 8. epi. 6.
uenta est, quæ dotem petat. lib. 2. epi. 23

Et ultra hos etiam accusatiui cum prepositione:
ut, Magni interest ad decus & ad laudem huius ci- Lib. 1.
uitatis, ita fieri: Cicero de Nat.

Idem in Epist. Magni enim uidebatur interesse ad lib. 2. ep. ul.
eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset.

Aliquando autem & nominatiuus tanquam per- Li. II. ep. 22.
sonali uerbo preponitur, manentibus reliquis casu-
bus. Idem ad Attic. Illud mea magni interest, te ut lib. 2. ep. ul.
uideam. Et in Epist. Quod mea & Reip. interest.

Et uerbum Refert, est quando absolute sine casu.
ponitur. ut apud Virgil. Nec numeros comprehendere refert. Sed de his satis. 2. Georg.

REGULA. II.

Quatuor his uerbis, decet, delectat,
iuuat, oportet, accusatiui personam addunt, sequen-
tibus mox infinitiuis: ut, Omnes homines summa o-
pe niti decet, ne uitam silentio transfigant, ueluti pe

In Procem. cora: Salust. In primisq; me delectauit, tantum suum coniur. dium bonorum in mœxstitisse: Cicero in Epist.

Catil. Te animo hilari esse, ualde me iuuat: idem ad Q.fri. lib.2.epi.ii.

Eras. uide ex, Oportet mendacem esse memorem, ex c.

in Adagijs. Sed ex his priora tria etiam personaliter usq; p

Lib.1. tur. ut Cicero in Offic. Id enim maximè quemq; de. Ad Q.frat. cet, quod est cuiusq; suum maximè. Idem: Litera lib.2.ep.ul. tuæ me incredibiliter delectauerunt.

Satyr.ii. Et Iuuenalis: Magis illa iuuant, que pluris emūtur.

Decet autem, etiam cum datiuo positū inuenias, antiquè. ut apud Ciceronem de Orat. Quandoq; id

In Adel. deceat prudentiæ tue. Et apud Terentij absolute: act.3.sce.4. Ita uobis decet. quod à Græcis translatū uidetur, apud quos eodē modo dicitur, στρατεῖαι ιμιο, etc.

REGVLA III.

Pathetica impersonaliū præcedunt accusatiui, sequuntur genitiui uel infinitiui: ut, Sua Lib.6.ep.i. quemq; fortunæ pœnitet: Cicero. ex Necte pani. Eclog. 2. teat calamo triuissē labellum: Virg. in Buc. Signi. Gell.lib.17. ficat autem pœnitere, ut hoc quoq; addamus, non cap.i. tantum dolorem capere ob factum, uel rem preteritam: sed ex parum, siue non satis uideri. ut apud Act.5. sce.7 Terent. in Eunuch. An pœnitezat flagitijs, te autore quod fecisset Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? pro, An parum tibi uidebatur flagi. In Verrem, tium? ex c. Cicero: Sunt homines, quos infamie sue actione 2. neq; pudeat, neq; tædeat.

Terent.

in Adel. act.
3. scen. 3.

Terent. Fratris me quidem piget, pudetq;
Idem: † Non' ne te miseret mei?

† In And. act. 5. scen. 2.

¶ In opis nunc te miserescat mei, &c.

In Heaut.
act. 5. sce. 4

Sunt autem *ταθυτικά*, hoc est, quæ animi affectum, aut perturbationem aliquam significant, hæc ferè: pœnitent, piget, pudet, tædet, & miseret. & quæ ab ijsdem uenient: ut, Pertæsum est, miserescit, &c.

Inuenias tamen & ex his quibusdam nominatum præponi, personalium more. ut in Adel. Hei Act. 4. sc. 7. mihi, non te hæc pudent? Et apud Plaut. in Capt. Act. 3. sc. 5.

Neminis misereri certū est, quia mei nemo miseret.

Singulare est, & Atticæ cuiusdam figuræ, quod Terentius dixit in Heauton. Ita me dij amabunt, ut Act. 4. sc. 5. Menedemi uicem miseret me.

REGULA IIII.

Cætera actiuæ uocis impersonalia, plerq; datiuum, qui personam significet, & post se infinitiuum habet. Non herclè uacat mihi nunc auscultare: Terent.

In Adel.
act. 3. sce. 3.
lib. 1. epi. 18

Sensus quidem est expressus, sed uerba uariant. Non cuiuis homini cōtingit adire Corinthū: Hora. Per uirtutem præstat emori, quam uitam per dedecus amittere: Salust.

In Catil.
Ter. in He.

Item, Vobis expedit esse bonas.

act. 2. sc. 4.

† Nobis non licet esse tam disertis, &c.

† Martial.

Sunt autem, quæ ad hanc regulam pertinent, ac-

lib. 9.

A 3 cedit,

cidit, euenit, conuenit, constat, contingit, conductit,
expedit, libet, licet, liquet, nocet, obest, prodest, pla-
cet, patet, praestat, restat, uacat, sufficit, et similia
quædam: quorum tametsi personalia multa sunt, mi-
grant tamen in hunc ordinem constructione.

Additur autem in regula, Pleraque: quod exhibet
inuenias non pauca, quæ absolute interim, hoc est,

In And. nullo ante se casu ponuntur. ut apud Terent. More
act.5.sc.6. hominū euenit, ut quid sim nactus mali. Prius resci-

Satyr.2. sceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni. Et iuuat.
Ultra Sauromatas fugere hinc libet, et glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios simulat, et Bacchanalia uiuit, et c.†

† In eos qui impudenter aliorum uitam censem, cum ipsis uitijs omnibus, flagitijsque sint dediti.

Quod idem et superioribus interdum accidit:

In Heautō. ut quum dicimus, ita ne fieri oportet?

act.3.sc.3. Et iuuat ire per altum, et c.

Quædam etiam pro infinitu coniunctiu umba-
bent, cum particula causali, uel dubitativa. Cicero
lib.13.epi.1. in Epist. Etsi nō satis mihi constituerat, cū aliqua ne
animi mei molestia, an potius libenter te Athenis ui-
Matth.18. surus essem. Sic in sacris legitur, Expedit illi, ut mo-
la asinaria suspendatur de collo eius, et c. pro, mo-
lam suspendi.

Constat autem, et Conuenit, etiam alios casu
admittunt. Cic de Orat. Ut inter omnes constat an-
tiquos.

tiquos. Idem ad Atticum: Mibi cum illo conuenit. Lib. 6. ep. 1.
Et Iuuenalis: Sæuis inter se conuenit ursis. Sed hæc Satyr. 15.
usus docebit.

REGVLA V.

Impersonalibus antium erantur & Linac. li. 4.
cetera uerba, quoties absolute sine nominatiuo po-
nuntur, sequente mox infinitiuo: ut sunt, Debet, cœ-
pit, solet, potest, certum est, apparet, stat, est pro li-
cet, & similia. ut, Debet adolescentiā pœnitere pec-
cati. Tædere solet auaros impendij.

Quintilianus: Vbi primum cœperat, tum conueniri
questio oriebatur.

Cicero: Non potest iucundè uiui. nisi cum uirtute ui li. 1. de Fin-
uatur. Virgil. Certum est, in sylvis, inter spelæa fe= 10. eclog.
varum Malle pati, &c.

Terentius: Apparet hunc seruum esse domini pau- In Eunu
peris. act. 3. sce. 2.

Item, Stat casus renouare omnes.

Virg. 2. Aeneid.
6. Aeneid,

&, Cernere erat, &c.

Etiam aiunt, Dicunt, Ferunt, & similia, sine
personis efferuntur, que tamen inter impersonalia
nolim numerari. nam omissione personæ figurata est,
sicut in uerbis Pluit, Tonat, &c. ubi hæc εἶπεν οὐ
dissimulatur nominatiuus: ut, Aer tonat, pluit. Sic
&, Homines aiunt, solent, &c. Atq; hæc de uerbo-
rum syntaxi tradidisse sufficiat.

DE PARTICIPIIS.

PRIMA REGVLA.

PArticipia imitantur uerborū suo,
rum constructionem:ut, Legens Virgilum,
†Ouid.i. Legendus à Virgilio, Obsecutus parenti, Potitus
Metamor. imperio, &c. Sic & †Tædas exosa iugales. et, Per.
In Iul. Cæs. tæsus ignauiam suam, apud Suetonium. Habentes
nim & hæc significationem actiuam, tametsi termina-
tionem præ se ferant passiuorum.

Item quæ figuratè dicuntur:ut, Res audita mihi.

Vir. II. Aen; &, Nulli exaudita deorū Vota, precesq; meæ, &c.
† Terent. in Degenerant enim in nomina, cum uerborū suorum
Phor. act. 4 casus amittunt participia, quemadmodum & supra
scen. 3. monuimus:ut, Amans pecunia, †Fugitæ luitum, Pa-
Virg. 9. Ae. tiens operum, &c.

REGVLA II.

Vsurpātur participia etiā pro uerbis
infinitiuis:ut, †Opus est facto:pro, facere, seu fieri.
†Liuius lib. I. Dec. I. circa finem.

Liuius li. 3, Opus est maturato:pro maturare.

Dec. I. Terent. + In arcem transcurso opus est.

* In Hecyr, Salust, † Priusquā incipias, consulto: ubi consule-
act. 3. sce. 4. ris, mature factō opus est.
† In Cōiur.

Catil. Huc referant pueri & illa quæ per periphrasis
Ter. in Eu. cum uerbis Do, uolo, reddo, curo, &c. efferuntur:
act. 2. sce. 1. ut, Dabo tibi hoc effectum: id est, efficiam.

Rogation

Rogatum te uolo; id est, Rogo te.

Sic Terentius: Iam ubi ubi erit, inuentum tibi cura- In And.
bo, et mecum adductum tuum Pamphilum. act. 4. scena

DE ABLATIVIS AB- soluis.

Faciunt hoc loco mentionē Grammatici et de
ablatiis absolutis, quod ferē necesse sit, alterum eo-
rum esse participij. Vocant autem absolutos, quod
ā nullo uerbo regantur, sed per se orationis com-
ma, siue partem constituant.

R E G U L A.

Duo ablatiū consequentiam desi-
gnantes absolute iunguntur: sed alter nominis, alter
participij. ut, Imperante Maximiliano, Veneti gra-
uiter afflicti sunt. Oppressa libertate patriæ, nihil
est quod amplius speremus, &c.

Explicantur per particulas Cum, Dum, Post-
quam, et similes: ut, Imperante Maximiliano: id
est, cum uel dum imperaret Maximilianus, &c.
Oppressa libertate: id est, postquam oppressa fuerit
libertas, &c.

Est autem designare consequentiā (ut hoc pue-
rorum gratia addamus) ita in oratione poni, ut nō
bil plenum aut integrum intelligatur, sed ad perfe-
ctionem sententiæ amplius aliquid expectetur.

Interdum tamen disimulatur participium, ad
hunc modum: Imperatore Carolo, Galli magna pu-

A s gna uicii

gna uicti sunt ad Ticinum. Ciceronis carmen, quo

Salustius cecinit, coniuratione Catilinæ oppressa: O fortu-
in Cicero. natam natam me consule Romam.

In Mosiell. Plautus: Me suasore atq; impulsore factum est. Item
act.3. sce.4. Hora. * Nihil desperandum Teucro duce & auspice.

* Lib. i. Nam in his & similib. participiū subintelligi uolunt.
Car. ode.7. quale fuerit, Existente, au simile aliquod. ut sit di-
ctum, Teucro duce: pro, Teucro existēte duce, &c.

Interdum etiam nomen uel pronomē omittitur,
& solum participium ponitur genere neutro. ut Li-
lib. 4. De. 4 uius: Permissō seu dicere prius, seu audire uellet.

Et Salustius: Audito, regem in Ciliciam tendere.

Quae & ipsa elliptica uidentur. Intelligitur enim
ablatiuus Eo, uel similes: ut sit, Permissō eo, Audito
eo, idem quod, Postquam id permissum esset. Post-
quam id auditum esset, &c.

DE ADVERBIIS.

PRIMA REGULA.

ADuerbia subiiciuntur uerbis, &
eorum participijs, ad explicandas actionum

Sueto. in circumstantias: ut, Festina lente.

August. & Quid ita properas? Quod citò fit, citò perit.

Gell. lib. 10 Item. Suo iudicio ualde sapiens.

cap. II.

Cic. lib. I. &, Mea sententia non omnino delirans.

de Orat.

Cæterū degenerant & nomina in aduerbiis
apud Latinos quidē singulari numero, generen-
tro: II,

tro:ut, Horrendum clamat, Toruum uidet, Indomitum furit, &c. Apud Græcos autem etiam plura-
li, idq; Latini imitati sunt. ut Virg. 8. Aen. Inclu-
sumq; cauo saxo, a:q; insueta rudentem:pro, insue-
to modo. Et eodem libro: At feſſi tadem ciues, infan-
da furentem Armati circumſtunt. Et in Georg. Lib.4.

Nec ſera comantem Narcifſum:pro, ſerò comātem,
ſeu florentem. Narcifſus enim poſtemus omnium
florum, circiter mensem Septembrem primūm flo-
ret, ut ſcribit Theophrasius. unde & à Germanis, De historia
plantarum,
zeitlos uocatur. lib.6. ca.6.

REGULA II.

Adiunctiuntur & nominibus adiecti-
uis, aut adiectiuē usurpatiſ aduerbia, intēdendi uel
minuendi gratia. Cicero: Quis unquam fuit tam in- In 3. Philip.
signiter impudens? Virg. Infelix ô ſemper ouas pe- 3. eclog.
cus, &c. Terentius: Eia ne parum ſis leno. In Phorm.
Sic dicimus, Mulier admodum anus, Homo nimis act. 3. ſee. 1.
quām philosophus, & similia.

REGULA III.

Aduerbia deriuata, pleracq; primiti-
uorum constructionem ſequuntur:ut, Obuiam illi Cic. pro
proceſſimus. Similiter huic uestitus erat, Propin- Sest. Huic
quiſ tibi habitat, Proximè urbē caſtra mouit, &c. ad urbē ue-
nienti tota ciuitas ob-
uiam pro-
efferat.

Cicero ad Att.lib.6.epift. 6. Habere exercitum
quam proximè hostem.

REGV-

Quæ cōparatiū aut superlativū gaudiū sunt, nominū corundē graduum constructionem imitantur: ut, Melius illo cecinit, Expeditiū ceteris loquitur, Pulcherrimē omnium fecit, &c.

REGVLA V.

Genitiūm ferē ad scīscūt aduerbia, quæ copiam, penuriam, aut partitionem significat.

Salustius in *ut. Satis eloquentiae, sapientiae parum.*

Cōiur. Ca- *Virg. *Terrorum & fraudis abundē est.*

til. *Suetonius in Cæs. Se iam pridem potentiae gloriae*

** 7. Aen. abundē adeptum. Terentius: Partim sum earum ex-
la prologo *Hecyrae. actus, partim uix steti, &c.**

*Cie.lib.5. Huc pertinent & Atticissimi illi: Quod eius fie-
epist.8. ripotest.*

Plinius in *Eò temeritatis processit.*

Paneg. *Huc dementiae peruenit, Eò discordiæ, &c. Nam
& hic intentio, & quasi quædam copia rei signifi-
catur. Est autem, Eò discordiæ, idem quod, Ad illi-
discordiæ: Huc dementiae, idem quod, Ad hoc de-
mentiae. quæ figura Atticorum est, ut supra de No-
mine monuimus.*

REGVLA VI.

Sunt & loci quædam, & temporis
aduerbia, quibus familiariter genitiui addūtur, qui

Ter. in **A**d. *busdam etiam accusatiui: ut, Nusquam gentium.*

*Vbi
act. 4. sce. 2.

* Vbi terrarum. † Interea loci.

* Cie. pro
Rabir. Post

† Terenius in Eunuch. act. i. scen. 2.

† li. i. ep. 4.

† Pridie eius diei. & * Pridie Compitalia.

* Ad Attic. lib. 2. epist. 3.

Postridie Nonarum, ex postridie Nonas.

Versus Massiliam: ex per anastrophēn, Massiliam Cæsar lib. uersus. Quæ alij, quoties casum à tergo recipiunt, 2. de Bel. inter præpositiones referre malunt. Negant enim, aduerbia uisua casus adsciscere, nisi si qua deriuata originem suam sequuntur, aut cōparationis ratione casus certos adsciscūt. Nam ex superiora illa, quan titatem ex partitionem significantia, nō alio quām originum suarum exemplo, genitiuos admittere ui dentur. Nam ut Modicum pecuniæ, ita ex Parum pecuniæ dicimus. Et ut Pars earum exacta est: ita ex Partim earum exactus sum, dici uidetur. Sed hec wōριօργότωρα.

REGULA VII.

En & Ecce, alias nominatiuum, alias Val. lib. 2. accusatiuum adsciscunt: ut, En dextra, fidesq. † cap. 15.
ex, En quatuor aras. * † Vir. 4. Ac.

Cicero: Ecce autem noua turba, ex rixa.

Idem de Finibus: Ecce miserum hominem. † act. 6.

Accedit interim ex datius. Idē pro Cluen. Ec ce tibi eiusmodi sortitio, ex c. Et in Officijs: Ecce ti bi, qui rex populi Romani esse concupierit. † Lib. 2. Lib. 3.

Quo pacto ex Hem usurpatur, quum demon strandi

Act. 5. sc. 2. strandi uim habet. ut apud Terentium in And. Hem
Dauum tibi.

Vall. lib. 6. Instar, nomen magis quam aduerbiū uidetur,
cap. 18. qua ratione genituum admittit, & nunc appositi-
uē, nunc simpliciter, ut ceteri casus, usurpatur. Vī
2. Aeneid. gilius: instar montis equum, diuina Palladis arte
6. Aeneid. Aedificant, &c. Idem: Quantum instar in ipso?
Lib. 1. Cicero in Tuscul. Terra uniuersi cœli complexum,
quasi puncti instar obtinet. Idem in 7. Verr. Navis,
quæ urbis instar habere inter alias uideretur.

DE CONIVN- CTIONE.

PRIMA REGVLA.

COniunctio aut similes casus con-
iungit, aut orationem nouam superiori at-
Ouid. lib. 1. texit: ut, Nox & amor, uinumq; nihil moderabile
Amo. ele. 6 suadent.

6. Fast. & Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis,
Et fugiunt freno non remorante dies.

Nam in priore exemplo uerba inter se copulantur
modo: in posteriori autem, etiam membra oratio-
nis alia alijs attexuntur.

Notantur possessiua, quæ cum genitiis substan-
tiuorum diuerso interdum casu iunguntur: ut, Tuis
precibus & illius adductus. Meo præsidio, atq; ho-

Act. 5. sc. 2. spitis: Terent. Nam in his & similibus exemplis,
possit.

posseſſua necesse est eo caſū poni, quem uerbum, à quo regūtur, requirit: ſubſtantiuū autem, quoniam alteri ſubſtantiuo iungitur, genitiuo caſu ponitur.

Notantur & elliptica, in quibus diuersa ſubſtantia, uel uerba eodem caſu, abſq; coniunctione coaſceruantur. ut apud Saluſtium: Animi imperio, cor- In Catil.
poris ſeruitio magis utimur. Deest enim Sed, uel au- In eod.lo-
tem. Item, Genus, etas, eloquentia, propè paria ſue runt. & Que homines arant, nauigant, edificant, Ibidem.
omnia uirtuti parant. in his enim copulatiua deest.
Quemadmodum contrà & woluſuōletā quædam
ſunt, in quibus cōiunctiones abundant. ut apud poe- Vir.12.Aei-
tā: Chloreaq; Sibarimq; Daretāq; Tersilochūq;. 9. Aeneid-
&, Alcandrūq; Haliūq; Noemanaq; Prytanimq;. Est autem coniunctionum natura diligenter ob-
ſeruanda. Quia enim colligant uelut articuli ora-
tionem, magnum uitium eſt, aliqua uoce in conne-
ctendo abuī. Nam obscura & mōſtroſa fit oratio,
ſi confundantur hæ particulae: ut monſtroſum cor-
puſ erit, ſi iugulus in tergo collocetur, aut ſcapula
in pectore.

REGVL A II.

Vt cauſalis, & quæ ſimilem uitam ha- Ter. in An-
bent, coniunctiuum adſcifcunt: ut, Orare iuſſit he- aft.4.ſce.2.
ra, ſi ſe amas, ad ſe ut uenias. Ibidē. act.3.
Veritus ſum, ne idem faceres, quod uulguſ ſeruo- ſcen.4.
rum ſolet.

Item,

A&I.sc.2. Item, non dubium est, quin uxorem nolit filius, &c.
 Quo loco & illud notandum, si praesens uerbum
 præcedat, & coniunctuum præsentis temporis est
 solere: ut, Iubeo ut facias. Sin præteritum uerbum
 præcesserit, coniunctuum in præterito imperfetto
 ponit: ut, Iussi ut faceres.

Vide Linac-
 erum lib. 6.
 de eclipsi
 cōiuncti-
 onum.

Valla lib. 2.

Ac diligenter obseruent pueri, quomodo auto-
 res usi sint particulis Ut & Quod. Fit enim non ri-
 ño, ut Quod pro Ut, & contrà Ut pro Quod im-
 eptè ponatur. uerbi gratia, non rectè dicitur, Ro-
 go te quod uenias: sed, Ut uenias. nam Quod ple-
 runque de euentu & re gesta dicitur, & significat
 Quia: ut, Quod conualisti, gaudeo: Quod nos in-
 uisis, gratum facis, &c. Ut uero, de causa finali:

Vall.lib.3.

cap.27.

+ Te.in An.
 act.5.sce.4.

* In Eunu.
 act.2.sce.2.

Græci Ut
 apostatico
 vocant, te-
 ste Linac.

lib.5.
 lib.8.ca.22.

Nonnunquam tamen per ellipsum omittitur con-
 iunctio: ut, V elim cogites: pro, V elim ut cogites. Si-
 ne uideam: pro, Sine ut uideam. Causa dixeris: pro,
 caue ne dixeris, &c.

res usi fint particulis Ut & Quod. Fit enim non ri-
 ño, ut Quod pro Ut, & contrà Ut pro Quod im-
 eptè ponatur. uerbi gratia, non rectè dicitur, Ro-
 go te quod uenias: sed, Ut uenias. nam Quod ple-
 runque de euentu & re gesta dicitur, & significat
 Quia: ut, Quod conualisti, gaudeo: Quod nos in-
 uisis, gratum facis, &c. Ut uero, de causa finali:
 ut, Hortaris ut diligenter discam. &c., Quantum ac-
 cepit, ut taceret, &c. Proinde post uerba iubandi,
 metuendi, faciendi, & similia, ubiq; ferè sequitur Ut,
 hoc modo: Iubes ut facia. + Metuo ut substethopse.
 * Fac ut intromittar, &c.

Similiter post uoces Talis, tantus, tam, adeò, sic
 ita, & id genus alia: ut, Talis est, ut uerbis describi
 satis nequeat. Tanta pertuli, ut iures quenquam ma-
 iora posse, Plinius: Nullum tam impudens menda-
 cium

cium est, ut teste careat. Cicero in Caton. Senectus plerisq; sic odiosa est, ut onus Aetna grauius dicant se in humeris portare, &c.

Et autem τολύσημος hæc particula. Significat enim aliquando ετέρπος: ut, Ut uidi, ut περιῆ: pro, Vir. 8. eclo. Postquam uidi. quod Græcè Theocritus sic dixit, Idyll. 2. ὡς οἰωνος, ὡς εὐαίλου, ὡς μονος ασφήθη.

Significat ετόπος: ut, Troianas ut opes, Vir. 2. Aen et lamentabile regnum Eruerint Danai.

Significat ετόπος: ut, Ut ferus est: pro, Τόπος In epistola ferus est. Canaces.

Et Τόπος: ut, Ut desint vires, tamen est laudanda uoluntas. lib. 3. de Pōto, eleg. 4.

Designat ετοπίσημον: ut, Ut mores sunt, ita fortuna respondet.

Lege adagiū, Sui cuique mores singūl fortunam.

Et superlativo cognata est: ut, Ut quicque pulcher rīnum, ita factu difficultissimum. Difficilia quæ pulchra.

Et imprecatiuum est: ut, Ut illum dij deæque omnes perdant, &c. Terent. in Eu. act. 2. scen. 3.

Porrò in coniunctionibus etiam illæ diligenter obseruentur, quæ circunductiones efficiunt, hoc est, quæ duo cola coniungunt: ceu sunt, Si, Etsi, Cum, Quanquam, & id genus aliæ: ut, Quanquam multis nominibus prædicandus mihi es, illo tamen uno excellis maxime, &c.

D E P R A E P O S I
T I O N I B V S.

PRæpositiones circunstantiā uerbis annexūt; tanquā articuli: idq; aliæ accusatiuo, aliæ ablatiuo, quædam etiam utroq; casu. De harum natura & usu, in Etymologia satis diximus: nisi quod propositi gratia, quædam hoc loco repetenda sunt.

PRIMA REGVL A.

Accusatiuo casui seruiūt, Ad, apud, ante, aduersum, cis, citra, circū, circa, circiter, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, penes, per, post, ponè, præter, propter, prope, secundum, supra, trans, ultra: ut, Ad generum Cereris, sine cæde & sanguine pauci Descendunt reges, &c. Iuvenalis. Reliquorum exempla suprà habes.

REGVL A. II.

Ablatiuo seruiunt, A, ab, abs, absq;, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, sine, tenus: ut, Procul à Ioue, & à fulmine. Sed & harum exempla omnium in Etymologiam posuimus.

Inuenias tamē ex his, Clam cum accusatiuo quo-
Act.3. sce.3. que poni: ut, Clam patrem, apud Terent. in Heclyr.

Tenus autem etiam cum genitiuo plurali, Gra-
4. Geor. corum imitatione. ut apud Virg. Et crurum tenus à
mento pallearia pendent. Item apud Ciceronem in
Lib.8. ep.1. Epist. illi rumores de comitijs Cumarum tenus ca-
luerunt,

tuerunt. Dicunt enim Græci, μέχει ποδῶν, ἀχει δατούλων: id est, usq; ad pedes, usq; ad digitos. &c.

REGVLA III.

Quatuor hæc præpositiones, In, sub,
Super, & subter, accusatiuo seruiūt, cum motum ad
rem significant: ablatiuo, cum in re uersari: ut, In Virg. i. Aen.
freta dum fluuij current, &c.

&, Stans celsa in puppi.

3. Aeneid.

Sic, Sub oculos cadere.

Cic. de Or.

&, Sub dio iacere.

Horat. lib. 3. Carm. ode 2. Vitamq; sub dio agat.

Super arborem collocare. &, Super arbore sedere. Vir. 6. Aen.

Quanquam hæc, cum situm in loco significant, tam accipitatis ge-
accusatiuo, quam ablatiuo constructa reperitur, cu-
min super
ius rei exempla suprà uide. arbore si-
dunt.

Illud hoc loco addendum, quòd præpositiones interdum mutant constructionem uerborum. Addunt enim uerbis suis casum: hoc est, Verba aliquando cum accusatiuo vel ablatiuo construuntur, ut præpositionis, cum qua sunt cōposita: ut, Adeo patrem: pro, Eo ad patrem. nam Eo patrem, non dicitur. Sic Virgiliius: Quas uento accesserat oras.

1. Aeneid.

&, Tyriam qui adueneris urbem.

Ibidem.

Item, Detrudunt naues scopulo.

In cod. loc.

Quomodo & illa dicūtur, Adire magistratum.

Cic. li. 5.

Abire magistratu.

epist. 2.

Exire domo.

Lib. 1. ep. 9.

Emigrare urbe, et similia, de quibus suprà quoque meminimus. Quanquam Latini interim repetunt

In And.act. *præpositionem. ut Terent. Accedo ad pedissequas.*

I.scen.i. *Et Cicero: * Qui in fortunas huius inuaserat, et.*

***pro S.** *Sunt autem huius generis uerba, præcipue que*

Resp. *cum his præpositionibus cōponuntur, à, ab, ad, de,*
è, ex, in, per, et trans.

*Neg; illud prætereundum, quòd cōparatiui et superlatiui à præpositionibus facti, nonnunquam ipsarum præpositionum syntaxim sequuntur: ut, Propius urbem castra mouit. Quod illi simile uidetur, * Iustissimus unus, Qui fuit in Teucris, et sernantisssimus æqui. Nam de eo, quòd cum casus suos amittunt præpositiones, inter aduerbia referantur, suprà in Etymologia dictum est. ut apud Virgil. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui. Et Longo post tempore uenit, et c.*

A N A S T R O P H E.

Sunt et figuratæ locutiones, in quibus ordo cōstructionis inuertitur, contra naturam præpositionis, hæc ἀναστροφή.

Vocant autem Anastrophen, cum præpositio cui sui suo post ponitur: ut, Italianam contra, et c.

Virg.i. Ae.

In eod.loc.

Lib.3. Geo.

His accensa super.

Item, Te sine nil altum mens inchoat, et c.

D E I N T E R I E-
C T I O N I B V S.

Interiectionum aliæ casus certos ad sciscunt, aliæ sine casibus inseruntur orationi.

Hei & uæ datiuū adsciscunt: ut, Hei mihi, qualis 2. Aeneid.
erat: Virgil.

&, Væ capitituo, Plautus.

In Milit.

act.2. sce.3.

Heu accusatiuum adsciscit, aut nominatiuum: ut,
Heu stir pem inuisam.

Virg.7. Ae.

&, Heu pietas, heu prisca fides.

6. Aeneid.

O exclamandi particula, & prob, modò nominatiuum, modò uocatiuum, modò accusatiuum ad-
sciscunt. O' uir fortis atq; amicus.

Val.lib.2.
cap.13.

† O' Daue, itán' contemnor abste?

Terent.in
Phor.act.2.
scen.2.

&, O ingentem confidentiam.

In And.act.
5.scen.3.

Sic, * Proh deūm atq; hominum fidem.

* Ibidem act.1.scen.5.

Proh Iupiter, tu homo adiges me ad insaniam.

In Adel.

&, Proh sancte Iupiter, quid uideo? apud Plaut. †

act.1. sce.2.

Hem quoq; aliquando nominatiuum aut uocatiuum, aliquando accusatiuum post se habet. Cicero:
Hem mea lux, meum desiderium.

† In Amph.
act.4. sc.4.
Li.14. ep.2.

Terent. † Hem Pamphile. &, * Hem astutias, &c.

† In And.

Ah & ohe item, est quando cum uocatiuo iunguntur: ut, Ah uirgo infelix, &c.

act.4.sc.2.

* Act.3.sc.4.

Virg. in.6,

- Lib. 4. ad li. & Ohe iam satis est, ohe libelle: Martial.
brū suum, Vah cum nominatio iunctum reperitur: ut, Vah
quem con- homo imprudens: Plaut.
cludit.
- In And. act. & Vah callidum consilium: Terent.
23. scen. 4. Cæteræ interiectiones pleraq; sine casibus in o-
ratione ponuntur: ut, Hui, toties ne me literas dedis-
- Ad Attic. se Romam, cum ad te nullas darem? Cicero.
- Lib. 5. ep. II. Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in arvo:
- Eclog. 3. Virgil. in Bucol.
- Porrò interiectionum uicem & alie partes in-
terdum sustinent: ut, Nauibus (infandum) amissis,
unius ob iram Prodimur: 1. Aeneid.
- & Quid (malum) bone uir mihi narras? equidem
- Act. 4. sc. 2. perij: Terent. in Adel.
- Sunt autem & ellipticæ quedam locutiones, in
Terent. in quibus interiectionis subintelligenda est: ut, Me mis-
And. act. 5. rum, Hominem infelicem, &c. Intelligitur enim
scen. 3. uel heu me miserum: ô, uel heu hominem infelicem.
Aq; harum usus in remissioribus affectibus fere est.
Exclamationes item, & indignandi formule, el-
lipticæs per infinituum & accusativum efferuntur:
Terent. in ut, Adeone infelicem aut inuenisti quenquam es-
And. act. 1. se, ut ego sum?
scen. 5. & Ah tantam rem tam negligenter agere?
Ibidem. Item, Mene incepto desistere uitam? &c. In qui-
virg. 1. Ae. bus plerūq; uerbum Oportet, uel Decet, uel simile
aliquid intelligendum.

Ad hunc modum et querelæ, et epiphonemata, per infinitiuos et accusatiuos sæpe efferuntur. ut apud Virg. Sic omnia fatis In peius ruere, et retrò i. Geor. sublapsa referri. Quas orationes pueri in interpre= tando resoluere in indicatiuas debent, hoc pacto: Sic omnia ruunt fatis in peius, et retrò sublapsare feruntur. Addit autem infinitiuus affectū quendam. quasi dicas, Miserabile, aut indignum est, sic omnia ruere in peius, etc.

DE PERIODIS.

Inter alias pestes rei literariæ, planè compéri præcipuam esse, quod in ludis literarijs rari admodum Grammaticas præceptiones docent. Idq; fieri video alias inertis præceptorum, quos laboris piget. Nam quia subasperæ sunt præceptiones, non sine negotio ad eas discendas pueri perpelluntur. Alios pudet, in re quæ nihil habet ostentationis, uer sari. Ita fit, ut uix unquam, neglectis his primis lite rarum elementis, pueri ad frugem perueniant. Sed etiam enim egregiam operam nauare mihi uidetur, qui ad præceptiones addiscendas diligenter accurateq; pue ros assuefaciunt. Neq; enim aliter aut recte intelligent aliena scripta, aut tutò loqui audebunt ipsi. Et in Syntaxi prodest exigere, ut nō modò discat, quid cui cohæreat: sed numerent etiam ordine uocabula, que ad perfectam sententiā efferendā requiruntur.

Lege Ioá-
nis Sturmij
librum de
Periodis,
de quibus
sulito eius-
dem auto-
ris secun-
dum dialo-
gū Partit.

Naturalis
ordo uer-
borum in
oratione.

Orditur sententiam nominatiuus, aut quod uice nominatiui fungitur. Hunc proximè sequitur uerbum finitum, deinde adiicitur obliquus, alicubi et aduerbia, et adtexunt saepe plura nomina prepositiones, saepe aut integra commata, aut uerba singula coiunctiones. Hunc ordinem uerborum in interpretando utile est a pueris exigere, ut animaduentant, quot uoces sententiam absoluant, quomodo singularis nominibus singula uerba respondeant. Sed haec nugas fortasse paedagogus aliquis fastidiens, me deliriare clamitabit, qui hanc superstitionem diligetiam flagitem, praesertim cum sermo sit liberior, nechiusmodi collationem uocum requirat. Ego uero in sermone non requiro hanc puerilem structuram, in quo ueterum consuetudinem imitari compositio debet: sed in interpretando censeo adiuuari infirma puerorum ingenia, si ad hunc modum, quem prescripsi, uocabula sigillatim enumerentur. Vix enim fieri potest, ut puer peruideat sententiā longiusculae periodi, nisi uelut per scalarum gradus, ordine per singulas partes periodi ad extremam progradientur. Saepe in oratione etiæ etiæ πόστα quædam relinquuntur, et mutila, saepe etiæ hyperbata quædam, et transposita, quæ omnia deprehendentur hac ratione facillimè. ut, uerbi gratia, hi uersus, *Saxa uocant Itali medijs quæ in flue libus aras,* Dorsum immane mari summo, et c. rectius intelliguntur,

Vir. i. Aen.

gentur, si hoc modo recenseantur singulae partes orationis, Quæ saxa in medijs fluctibus Itali vocant aras. Et cohæret appositione, Aras dorsum in mane summo mari: id est, quæ eminent in summo mari, uelut dorsum.

Sunt autem statim etiam docendi pueri, ex quibus partibus integræ periodus constat: quia enim veteribus placuisse uidemus, sententiarum membra temporinæ contexere, non est ea ratio à nobis negligenda. Ea diligentia saepe ad copiam sermonis conducit. nam cum circūductionibus utimur, saepe causam præponimus, saepe antithesin facimus, saepe comparationem: quæ ornamenti, reddunt sermonem ueriorcm. Sic comparatione facta est periodus à Cicero, pro Domo sua: Cum multa Pontifices, à maioribus nostris diuinitus inuenta atque instituta sunt: tum nihil præclarius, quam quod eosdem ex religionibus deorum immortalium, ex summæ Reipub. præesse uoluerunt. Deinde adiecit causam: Ut amplissimi ciues Rem publicam bene gerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando, Rem publicam conseruarent.

Fit autem periodus ex commatis ex colis.

Cōmata Cicero uocat incisa: sum enim imperf. In Oratore, & orationes.

Cola, membra sunt, ex in longa circumdiēcne penè perfectæ orationes: ut hāc est, Cum multa

Pontifices, à maioribus nostris diuinitus inuenta et que instituta sunt. Aliud λόγον: Tum nihil preclarious, quam quod uos eosdē & religionibus deorum immortalium, & summæ Reipub. præesse uoluerunt. Tertium λόγον: Ut amplissimi ciues Rem pub. bene gerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando, Rempublicam conseruarent.

Sed partes colorum, commata sunt: ut, Inuenta atq; instituta sunt, Et religionibus deorum immortalium, & summæ Reipub. præesse. Poterat enim simpliciter dicere Cicero, Bene institutum est, ut iūdem præsint religionibus, & summæ Republicæ. Sed sonus orationis grauior fit, cum accedit collatio, item in fine causa.

Sequitur in eadē oratione alia periodus, ex collatione facta: Quod si ullo tempore magna causa in sacerdotum populi Rom. iudicio ac potestate uersata. Id est primum λόγον. Hæc profectò tanta est, ut omnis Reipub. dignitas, omnium ciuium salus, uita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona fortuna, domicilia, uestræ sapientiae, fidei, potestatijs commissa, creditaq; esse uideantur. Id secundum λόγον.

λόγου ueræ sunt, Omnis Republicæ dignitas, Omnium ciuium salus, uita, libertas, &c.

DE DISTINCTIONE NIBVS.

Retulerit fortassis & de Distinctionibus, siue Bonâ di-
Posituris, ut uocant Græci, aliquid hoc loco stinctio est
addere: pertinet enim hoc quoque ad perspicuita-
tem & lucem orationis, si membra, siue partes pe-
riodorum aptè ac suis locis à se mutuò distinguantur.
commenta
rij uice, ut
uulgò in
scholis ia-
tur. Et sæpius uidemus, totam sententiam obscurio-
rem, aut etiam ambiguam reddi, negleclia distinguē-
di ratione.

Sunt igitur tres distinctionum species: Subdistin-
ctio, Græcè ὑποστριγία: Media distinctio, siue mora,
Græcè μέση: et quæ propriè distinctio uocatur, Græ-
cè τέλεια.

Subdistinctio est, quæ puncto caudato, & si-
strosrum leuiter inflexo, ad imum literæ hodie no-
tatur. Hac utimur in fine commatum, aut cum arti-
culos sententiarum à se mutuò discernimus, neque
structura orationis, neq; sententia adhuc perfecta.

Media distinctio est, quæ duobus plerūque pun-
ctis hodie notatur, altero ad summum, altero ad i-
mum literæ posito: aut uno ad summum posito tan-
tum. nam id quoq; reperitur. Hac utimur, cum stru-
ctura quidem uerborum perfecta est, sententia au-
tem adhuc pendet: ut in fine membrorum, siue li-
ctorum, cum uel redditiones, uel adaptationes, uel simi-
lia, in periodis expectantur.

Distin-

Distinctio finalis est, quæ puncto simplici atque integro ad imum literæ hodie notatur. Hac utimur in fine periodi, aut cuiuscunq; sententiæ complete.

Cic.lib.6. *ut in hoc exemplo: Etsi tali tuo tempore, me autem*
 epist.13. *solandi, aut iuuandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat: tamen adhuc id non feci, quia neq; lenire uidebar oratione, neq; leuare posse dolorem tuum. Vides hic post singula commata positam subdistinctionem, in medio autem periodi, ante redditionem uidelicet, quæ ab aduersariis particula Tamen incipit, moram, siue medium distinctionem: in fine autem periodi, distinctionem finalem. Atq; haec distinguendi ratio hodie à plerisq; seruatur. Veteres autem unica nota, siue puncto, ad omnes distinctiones utebantur, ita ut subdistinguerent, ad imum literæ puncto notato: finaliter distinguerent, ad summum literæ puncto posito: moram autem notarent, posito puncto ad literæ dorsum, siue medium. id quod ex Sergio, † Donato, & * Dio mede animaduertere licet.*

† de literis
& syllabis,
in fine.

* lib.2.de
dictione.

PROSODIA.

SVprà diximus, Prosodiā esse, quæ syllabarum accentus docet, accentus autem diuidi intonos, acutum, grauem, et circunflexum. Sed quia tonorum ratio absq; syllabarum quantitate cognosci non potest, cōsultò eius rei tractationem ad finem

finem hoc distulimus, ut simul de temporibus syllabarum, & de tonorum ratione hoc loco ageremus.

DE TONIS.

Toni igitur tres sunt, ut diximus. Acutus, quo syllaba pronunciando attollitur. Huius sedes sunt, ultima, penultima, & antepenultima syllaba. Ultima: ut, scrobs, frons, stirps. Nam omnes monosyllabæ distinctiones inter ultimas syllabas numerantur. id quod & deinceps, cum de temporibus, siue quantitatibus dicemus, pueri meminisse debent. Penultima: ut, lupus, agnus, curro, uolo, &c. Antepenultima: ut, dominus, Cicero, Telemachus, Neoptolemus, &c.

Tonus est comes temporis, ac tradit pronunciationem, qua syllaba alia efferen do attollitur, alia de primitur.

Grauis, quo syllaba grauiter, hoc est, absque aliqua uocis elevatione aut mora enunciatur. Hic in omnibus syllabis seruatur, que non acutuntur, aut circumflectuntur: ut in dominus, do acuta est, ceteræ graues omnes. Sic in Homerus, me circumflectitur, ceteræ grauantur.

Circunflexus ex acuto & graui compositus est, & utriusq; naturam seruat: hoc est, cum mora quædam effertur. Atq; hec propria huius toni uis est. Sed ut hodie pronunciamus, nihil inter acutum & circunflexum interesse uideas. Eodem enim tono sacerdos & Homerus efferuntur: quorum alterum medium natura acutam, alterum circunflexam habet. Sed de hac re etiam suprà meminimus. Huius sedes sunt, ultima & penultima. Ultima: ut in ros,

mos,

mos, dos, alias, ergò, & similibus. Penultima: ut
pera, lena, sperare, amare, &c.

Habet autem quælibet dictio unum tantum accentum, qui notetur: hoc est, unam tantum syllabam acutam, uel circumflexam. Cæteræ omnes grauatur: præterquam si quæ ex èyniōeī accuuntur, de quibus postea dicetur.

Ac quod ad monosyllabas et dissyllabas uoces attinet, non ita difficilis tonorum ratio est. Nam ut hodie pronunciamus, omniū earum unus atq; idem pronunciandi usus est. Nam quæ monosyllabæ sunt, in contextu graui tono ubiq; hodie efferuntur, siue eadē syllaba lōga, siue breuis sit: quod non lege, aut ratione fit, sed consuetudine. Nam ex regula, omnes

Naturalē monosyllabæ natura, non positione longæ, circumflecti debebant, ut in exemplis suprà positis appa-
quæ aut di phthongū, ret. Cæteræ autem, sine breues, siue longæ, acun-
aut uocalē tur: qui tamen acutus in contextu orationis in gra-
natura lon uem conuertitur.

Quæ uero dissyllaba sunt, priore syllaba elevata ferè proferuntur: ut, lupus, annus, panis, &c. quod ipsum quoq; consuetudine magis fit, quam ratione. Nam in ijs quæ priorem natura longam, sequente breui, habent, eadem circumflecti ex lege debebat. Sed ut suprà monui, quoniam circumflexi pronun-
ciatio, & acuti, apud nos confunditur, unus utrb-
iq; tonus seruatur. Exceptis paucis quibusdam, in quibus

quibus differentiae uel cōcisionis causa ultima ele- Priscianus
uatur: ut sunt, ponē, penē, intrō, ergō, illīc, iſlīc, &c in li. de Ac
id genus aliæ. cētibus: A-

Polysyllabarum alia paulo ratio est, eaq; tota ex pud Latini-
penultimæ quantitate apud Latinos pendet. Nam nos in ulti-
permide ut illa longa uel breuis fuerit, ita in eadem, ma syllaba,
uel in antepenultima tonus erit. nisi discre-
tionis cau-

Acuunt igitur antepenultimam, quæcunq; penul fa, poni nō
timam breuem habent: ut, dominus, similis, opti- potest accē
mus, pessimus, &c. Exceptis græcis, ac peregrinis Donatus
quibusdam, in quibus proprius suæ gentis ac linguæ in libellō
tonus plerunq; seruatur: ut sunt, philosophia, theo- de lireris
logia, Mathias, Helias, & similia. & syllabis:
Sanè græca

uerò longam penultimam habēt, siquidem uerba græ-
natura longam habent, sequente breui, eandem cir- cis accentu
cunflectunt: ut, Homerus, amarus, serenus, &c. Sin bus melius
positione longam habent, aut natura longā, longā efferimus.
altera sequitur, eandem acuunt: ut, sacerdos, meco-
nas, auernus, externus, & similia. Quanquā, ut iam
aliquoties monui, ita nunc uulgò pronunciamus, ut
inter acutum & circumflexum nullam differentiam
agnoscas, eademq; eleuatio utrobiq; seruetur.

Excipiuntur autem & hinc, quæ per syncopen dicuntur, in quibus idem tonus, qui in integris fuit, manet: ut, peculi pro peculij, tuguri pro tugurij, Mercuri pro Mercurij, Valeri pro Valerij, & similia. Quo pacto & vocatiuos eorundem nominum

Prisci-

Lib. 7. de Priscianus pronunciat. nam et hi, ut ipse ait, anti-
uocatiuo quitus syllaba una longiores fuere. Et pro ijs qui
secunde nunc sunt, Mercuri, Valeri, &c. Mercurie, Valerie,
declinat. &c. antiqui dixerunt.

Vide Aulū Sed et hoc Gelliano illi Nigidio non probaba-
Gelliū lib. tur, qui huiusmodi uocatiuos in i, dum breuem pe-
13. cap. 24. nultimam haberent, acuta antepenultima proferre
solebat. Contrà autem composita illa, quecumque
ex præpositione et aduerbio, siue cōiunctione con-

+ In lib. de starent, + Priscianus, et apud * Gellum poeta A-
Accētibus. nianus, antepenultima acuta proferenda cēcebant,
* li. 7. ca. 7. siue eandem penultimam breuem, siue longam ha-
berent: ut sunt, admodum, affatim, affabre, aduer-
sum, exaduersum, exinde, promde, deinde, et simili-
lia. in quibus tamē hodie paucos reperias, qui exē
plum illorū sequi uelint. Quare in his et similibus

* Phauori- tutissimum erit, temporū atq; doctorum hominum
nus apud consuetudinem obseruare, uerbisq; ut ille ait, pre
Gelliū, lib. sentibus loqui. Nam perinde ut nūni, sic etiam uer-
1. cap. 10. ba, cōsuetudine ac casu ualent: ita tamen, ne pro ue-
Quint. lib. ris atque legitimis, adulterinis et notbis utamur.
I. cap. II. Cō suetudinē Nam ut consuetudinem consensus facit: ita rursus
sermonis tamen non omnium, sed doctorum consensus, in his
uocabo cō locum habere debet.

sensum eru Sunt autem et uoces quædam synclitica dicta
ditorū: si-
cut uiuēdi, hoc est, quæ tonum suum in praecedentis uerbi ulti-
consensum man reiiciunt, eamq; super se inclinant: uidelicet
qonorum.

coniunctiones, que, ne, ue. †

† In his tribus syllabis accentus corrumpitur,
ut, inquit Priscianus in libro de Accentibus.

ut, Vocemq; coloremq;.

et, Moliriue moram.

Virg. 4. Ae.
I. Aeneid.

Item, Hominem' ue deumue, et c. In quibus omnibus duplex accentus est, alter proprius dictionis, alter enclitics ratione additus, et uelut in tergum encliticæ reiectus.

Ad quod exemplum etiam Vbiq; et Pleraq; uulgo acuta penultima proferuntur: tametsi in his Quæ separata non sit, neq; etiā potestatē suam retineat.

Priscianus lib. 14. Que, quando amittit significatio nem, syllabicè magis adiecta uidetur.

Quibus addit Priscianus et Vtracq; quod ipse Lib. 5. de si tam nominatiuo, quam ablatiuo casu, penultima a- guris nomi cuta dici ait. Sed tamen in hoc nominatiuus et accu satiuus prima acuta hodie efferuntur, differentia causa. ob quam eandem et Vtiq; et Itaque primam acutam habent.

In uniuersum autē illud pueri admoneri debent, haudquaquam idem esse accentū et quantitatem: neq; statim syllabam eam longam esse, quæ accentu acuto profertur. ut prima in dominus acuitur, non quia longa est, sed ex regula tonorum: quoniam diactio ipsa polysyllaba existens, penultimam breuem habet. Quo pacto et de Græcis, ceu sunt, sophia, theologia, et similibus alijs iudicandum.

Syllabarum aliæ breues, aliæ longæ,
aliæ *ancipites* sunt.

Breues: ut pēr, īn, ēs. His tempus attribuitur, quod
breue uocant, siue simplex.

Long.e: ut, stirps, mōs, rōs. His attribuitur tem-
pus longum, siue geminum.

Ancipites: ut priores in Atlas, cygnus, et simi-
libus, quæ nunc pro breuibus, nunc pro longis usur-
pantur.

Est autē tempus, pronunciandimo-
ra: ut ea, quæ minima atq; breuißima in scandione
metrorum sentitur. Cui simile nonnihil habet et
mensura Musicorum, quam uocant. Nam et illi uo-
cibus alijs singulas, alijs binas, aut ternas mensuras
tribuunt. Cognoscitur autem syllabarū qualitas vel
exemplis, vel regulis. Exempla à poetis sumuntur,
quorum collatione potissimum refert, eas syllabas co-
gnoscere, quæ alias sub regulas generales nō cadūt.
Regulae autem uariæ ac multæ sunt: ex quibus nos,
quæ communes ac generales potissimum sunt, ordi-
ne recensebimus.

PRIMA REGVLÄ.

De Positione.

Positio omnis longa est. Est autem
Positio,

Positio, cum sequuntur due consonantes uocalem:
ut, arma, ille. Aut duplex: ut, axis, gaza, &c. †

EXCEPTIO.

Liquida cum muta coniuncta, syllabam ancipitem facit: ut, tenēbræ, media producta: & tenēbræ, media breui. Quod ita intelligendum, si uocalis syllabæ breuis sit: ut in Atlas, patres, & similibus. Nam si uocalis longa sit, corripi propter liquidam syllabam non potest: ut, simulachrum perpetuò a longum habet: est enim à simulare, cuius a natura longum est.

L & r propè solæ sunt, quæ ad hanc exceptionem pertinent. Nam m & n rarissimè hoc modo apud Latinos poetas usurpari uideas, & ferè non nisi in græcis dictionibus. Hæc Micyllus libro 2. de Re metrica.

REGULA II.

Vocalis ante uocalē corripitur: ut, deliciæ, Italia, pius, rēus, &c.

Exciuntur, aer. Virg. Nec gemere aeria cessabit Eclog. i. turtur ab ulmo.

Fio, quod in dissyllabis longum est: ut, fiam, fies, siet. At in polysyllabis fit breue: ut, fieri, fierem, &c.

Dius, a, um. ut, Dia Camilla, apud Virgil.

&, Dia Mosella, apud Auson.

Diana, quod primam indifferentem habet: ut, Exercet Diana choros: Virgil.

† Aut i & u consonantes, inter duas uocales, in eadē dictione positæ.

ii. Aeneid: In Motella:

i. Aeneid:

3. Metam. *O, Ira pharetrata fertur satiata Diana: Ouid.*

*Et genitiui pronominum secūdæ declinationis,
quiq; illorum formam sequuntur: ut, illius, istius,
ipsius, unius, nullius, solius, &c. quæ ipsa quoq; pe-*

Virg. i. Ae. *nultimam ancipitem habent: ut, Vnius ob iram Pro*

Ibidem. *dimur, &c. &c., Vnius ob noxā & furias, &c.*

*Item genitiui & datiui quintæ, in quibus e, quod
in penultima est, aliam ante se uocalem habet: ut,*

Lib. i. *diēi, aciēi, progeniēi. Lucret.*

Non radij solis, neq; lucida tela dici.

Et genitiui antiqui in ai: ut, Aulai in medio lib-

3. Aeneid. *bant pocula Bacchi: Virgil.*

Præterea & interiectiones quædam: ut, eheu.

Eclog. 2. *Virgil. Eheu quid uolui, &c.*

Heu, duæ syllabæ. ut apud Martial. lib. 8.

Heu quam bene nunc Papyriane,

Annei faceret manus Sereni, &c.

*Et ohe, quod utroq; modo ponitur. ut apud em-
dem: † O he iam satis est, ohe libelle.*

† Martialem, lib. 4. ubi concludit librum suum.

Satyr. 7. *Et Iuuenal. Satur est, cum dicit Horatius ohe.*

*Græcorum est tanta uarietas, ut certis regulis
comprehendi non possit. Proinde ab exemplis illos
rum quantitas petenda erit.*

*Cæterum ea uis est huius regulæ, ut etiam longæ
syllabæ in fine dictionum corripiantur, sequente uo-*

3. Aeneid. *cali. ut apud Virgilium: Insulæ Ionio in magno. O,*

Credimus.

Credimus, an qui amāt, ipsi sibi somnia fingūt, &c. Eclog. 8.
 Quod à Græcis sumptum, apud quos huiusmodi syllabæ pro communibus habentur: ut,
 $\tau\lambda\omega\delta\ \dot{\epsilon}\gamma\omega\ \dot{\sigma}\lambda\sigma\omega$, πειρωπητηγησειπειος. Home. li. I.
 $\sigma\mu\eta\tau\epsilon\gamma\omega\ \dot{c}\dot{v}\dot{i}\dot{o}\dot{n}\omega$ cù ἀγειτηλόθι μάργης. Iliad.

REGULA III.

Diphthōgus omnis longa est: ut,
 Aeolus & clauso uentorum carcere regnat. Vir. i. Aen.
 &, Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna recessit:
 Ouid. Inuenias tamen etiam breuem in compositio= Lib. i. Met.
 ne, sequente uocali: ut, Sudibusq; præustis. ubi græ- Virg. 7. Ae.
 ca imitatione correpta est.

REGULA IV.

Præterita dissyllaba habent priores
 longas: ut, liqui, fügi, fēci, cūdi, siui, &c.

EXCIPERE.

dēdi	cum com- positis: ut,	addidi
tūli		attuli
st̄eti		astuti
bib̄i		ebibi
sc̄idi		rescidi
fidi		diffidi, &c.

Virgil. 9. Aeneid. Liquefacto tempora plumbō
 Diffidit, & multa porrectum extendit arena.

Excipe item, quæ duabus uocalibus finiunt: ut, Et pertinēt
 rui, plui, lui, &c. Obseruabis etiam figuræ, ij, ab ad secundā
 iui: petij pro petiui, &c. regulā, su-

C 3 REGV- præ traditā.

Supina dissyllaba habet longas priores: ut, lūsum, cūsum, fūsum, crētum, uīsum, &c.

EXCIPĒ.

dā:um	ſitum	
fātum	lītum	à lino.
ſtātum	cītum	à cieo.
rātum	rūtum	à ruo.
ītum	quītum.	

Ex à nosco composita, agnatum ex cognitum.

Saluo. A lūtum * autem composita, longas penultimas
habent: elūtum, pollūtum, dilūtum. Persius sat. 3.

Fistula hoc Dilūtas queritur geminet quod fistula guttas.

loco cala-
mum scrip-
torium per
similitudi-

REGVLA VI.

De Deriuatis,

Deriuatum sequitur naturam originis, siue thematis sui: ut, lēgo, lēgerem, lēgam.

cat. lēgi, lēgissem, lēgero.

ſtābam, ſtābo, ſtārem: ſtēti, ſtēissem, ſtētero.

Sic ex dōminus, dōmina, dōminor.

Pōtis, pōtior, pōtestas, pōtiri.

Huiusmo- di multa re mitiuorum corripiuntur, uel producuntur: ut, lūcensentur na à lūceo, ſtābilis à ſtābam, tēgula à tēgo, rēgu- à Micyllo, lib. 2. de Re metr. la à rēgo, ex similia, quae uisu ex exemplis comprehendere satius est.

REGV.

De Compositis.

Præpositiones in compositione, magna ex parte ex regulis generalibus cognoscuntur.

Longæ sunt A: ut in uerbis amanda, auerto.

E: ut, eligo, emitto.

De: ut, dēpono, dēficio.

D: ut, diluo, diduco. Præterquam in dirimo & di-
sertus.

Præ: ut, præpono. Sed hæc etiam diphthongo sua
nota est.

Co, sequente consona: ut, cōgo.

Et re, in dictione Refert, pro utile est. Item quoties
positione extenditur: ut in uerbis rettuli, repperi,
relligio, reliquiæ, & similibus.

Pro, alias longa est, quando uidelicet naturam
præpositionis latinæ retinet: ut, produco, propo-
no. Horat. Signatum præsente nota producere no-
men. Alias breuis, ut quando habet significationem
particulæ procul: ut in profugus, profundus, pro-
phanus, proficiscor, & quibusdam alijs. Propert. In Ar. poe.
lib. 3. cie. 21.

Magnum iter ad doctas proficiisci cogor Athenas.

Corripiuntur tamen & pronepos, proterius,
profari, & profiteri, in quibus significatio particu-
le Procul non ita manifesta est.

Et in uerbis, procurro, profundo, propello,
propago, tam longa quam breuis prima reperitur.

Propago autem nomen, cum significatione mutat & quantitatem. Nam pro uite producitur: ut,

Vir.3. Geo. *Pressos propaginis arcus. Pro posteritate autem, siue progenie, corripitur: ut,*

Virg.12. *Sit Romana potens Itala uirtute propago.*

Aen.

Relique præpositiones t, & rē corripiuntur: ut, ad, ab, ob, sub, in, con, per, inter, super, &c.

† *Quæcunq; in consonantem aliquam simpli-
cem exeunt.*

Item o: ut in uerbo omitto. Horat.

In Ar. poe. *Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.*

*Composita à uerbis secundæ coniugationis, in
quibus prior compositi pars in e definit, tam longa
quam breui leguntur: ut, Thura liquefaciunt, in-
dutaq; cornibus aurum Victimæ uota facit: Quid.
7. Metamor. &c. Et media aduersi liquefacto tempo-
ra plumbo Diffidit, &c. Virg.9. Aeneid.*

*Cætera quæ ex corruptis componuntur, aut ex
corrupto & integro, si prior pars in e uel in i desi-
nat, syllabam eandem corripiunt: ut, huiuscemodi,
eiuscemodi, apud Lucretium †. multiplico, magni-
fico, fatidicus, causidicus, &c.*

† Lib. 4. *Et cuiuscemodi formarum uertere in
ora, &c.*

li.5. epig.34 *Mirt. Carpere causidicus fertur mea carmina, &c.*
Quid. in 6. *Tolluntur tamen hinc quædam: ut, ueneficus,*
epist. Hero *nē quicquam, p̄ridie, postridie, & quod utroque*
id. Barbara *modo*

modo usurpatur, quotidie. Iuē meridies, aliaq; non narratur ue
nulla, quæ usus docebit. Atq; hæ regulæ generales nissè ueneti
de syllabarum quantitate traduntur.

Plurimæ autem syllabæ, ex analogia quoq; tem-
porum & casuum, & terminationum item, depre-
hendî posunt, quam diligens puer ex Etymologia
petet. Nam singulatim omnia repetere, quæ ad hâc
rem pertinent, supra modum & institutum præsen-
tis operis foret.

DE VLTIMIS syllabis.

Vltimæ syllabæ ferè ex declinatio-
nibus & coniugationibus cognoscuntur: ut, domi-
ni, dominō, amās, docēs, legis, audīs, &c. Sed tamen
& has ordine literarum, quantæ quæque sint, indi-
cabimus.

A.

Nomina in a, primæ aut tertiae de-
clinationis, item pluralia neutra, brevia sunt: ut,
Armā uirumq; cano.
& Musā mihi causas memora, &c.

Virg.i. Ae.
Ibidem.

Cætera in a, longa sunt: ut, infrā,
suprā, ultrā, frustrā, &c.

Et ablatiui primæ declinationis: ut, Europā atq;
Asia pulsus, &c.

Item numeralia indeclinabilia: ut sunt, trigintā,
quadragintā, &c.

Aldus & alij, putant hæc ambigua esse. Tuttius autem scribenti erit longa hæc ponere, quam cor-
repta.

Verba ex suis coniungationibus cognosces.

E.

*E in fine corripitur: ut, cæpe, cubi-
lē, legerē, docerē, dare, &c.*

EXCEPTIO.

I. Ablatiui quintæ declinationis, in
e longum desinunt: ut fidē, speciē. ex que inde com-
ponuntur: ut, hodiē, pridiē, quarē. ut,
† Qui non est hodiē, cras minus aptus erit.

Gell. lib. 9.

† Ouid. lib. 2. de Remedio amoris.

cap. 14.

His adde & Famē. nam & hoc quinta olim fuit.

Virgilius 6. Aeneid. Ille fame rabida tria guttu-
ra pandens.

II. Desinunt & in e longum, impe-
ratiui secundæ coniugationis: ut, docē, tenē, filē.

Li. i. Trist. Tametsi inuenias quædam alicubi contra regulam

eleg. 7. correpta: ut uale, apud Ouidium. ut,

lib. i. epi. 13. Idq; quod ignoti faciunt, uale— dicere saltem.

Et Caue, apud Horatium: ut,

Vade, uale, caue— ne titubes, mandataq; frangas.

III. Aduerbia in e, facta ex nomini-
bus secunde declinationis, producūtur: ut, belle-,
pulchrè-, doctè-, &c.

Satyr. 13. Sic & ferè, & fermè. Iuuenal.

Mobilis

Mobilis & uaria est fermèna—tura malorum.
Et ohe, cuius exemplum suprà positum habes.

Tolluntur hinc Bene & male, quæ ultimā corripiunt, ut & cætera pleraq; siue à nominibus, siue aliunde facta: ceu sunt, spontē, fortē, sæpe, manē, eu-
ge, agē, ritē. Virgil. Ritē se—cundarēt uisus, &c. 3. Aeneid.
Penē. Ouid. Penē si—mul perijt, dum uult succur Lib. 3. Fast.
rere lapsis. Ponē: Impunē: ut, Immunem tanti bel-
li, atque impunē qui—etā, &c. Virgil. Item quip- 12. Aeneid.
pē, nempē, & similia.

III. Producuntur & monosyllaba
pleraque in e: ut, me, te, se, ne, prohibendi particu-
la, &c.

Exceptis encliticis, que, ne, ue. Item syllabicis ad
iectionibus, pte, ce, te. Lucret. Accipe præterea, quæ Lib. I.
corpora tute necesse est Confiteare, &c.

Græca ex uocalibus suis cognoscuntur: ut, ον-
τοπη, Euterpe, &c.

I.

In i desinentia producuntur: ut, le-
gi, dixi, domini, domui, sorti, &c.

Indifferentia sunt, mibi, tibi, sibi, ubi, ibi.

Græca ferè brevia sunt.

Nunc Paritu sapiens, & tu Menelae fuisti.

Propert. li.
3. eleg. 3.

O.

In o desinentia, indifferentia sunt:
leo, uirgo, lego, dico, &c.

Datinū

Datiui & ablatiui producuntur: ut, dominō, lu-
po. Sic & quae ab iisdem casibus fiunt: ut, ideō, adeō,
tanto, quanto, merito, falso, &c.

Exceptis modō, quod ferē corripitur.

Ouid. 7. Metam. Et modō summa petunt, modō
per decliva, uiasque, &c.

Item, Quomodo: & serō, quae alias corripiuntur,
Epig. 10. alias producuntur. Catull. Iam Bithynia quomodo
Lib. 3. de se haberet: hendecasyllabum est. Martial.

Codro. Cum sit tam pauper, quomodo cæcus amat?

Lib. 1. Sic Tibull. Heu serō reuocatur amor.

Eleg. 15. Et Statius 1. Theb. Serō memor thalami, &c.

Gerundia quoq; indifferentia sunt. Tibull.

Lib. 3. Aufer & ipse vicum pariter medicando dolorem:

Eleg. 6. Græca ex uocalibus cognosci possunt: ut, ον-
φω, Sappho.

V.

V longum est: ut, cornu-, genu.

B. D. T.

B, d, t, corripiuntur: ut, ab, sub, ad,
apud, caput, legit, dicit, &c.

C.

In c, longa sunt: ut, dic, duc, fac.

Hic pronomen, indifferens est, aduerbiū pro-
ducitur. Breuia sunt, lac, nec, donec.

L.

In l desinentia, breuia sunt: ut, An-
nibal.

nibal. Silius lib. 2. Parte alia supplex infernis Annibal aris, &c. Sic cætera. Præter t Sol, & * nil: Nil ex & peregrina in el, ut sunt, Israel, Michael, &c. sua contratione no- quæ ferè producuntur.

† Ouid. 2. Metamor. Ulterius spaciū medio sol tum est altus habebat.

M.

M breue est: ut, circū, quod in compositis cum interdum manet, ante uocalem corripitur.

N.

In n, breuia sunt: ut, lumen, numen, tamen, &c.

Exciperen, splen, lien, quin, sin, en, non. Et græca pleraq; : ut, Titan, Pæan, Siren, Træzen, Salamin, Delphin, Pandion, Actæon, & similia. Demptis accusatiuis in on & in: ut, Iliōn, Procrīn, Thetīn. Et in an prime declinationis, quæ à nominatiuis in a ueniunt. ut Ouid. in Fast. Maian & — Lib. 4. Electram, Taygetamq; Ioui. Nam quæ à nominatiuis in as ueniunt, producuntur: ut, Aenean. Cætera à Græcis pete.

R.

R in fine corripitur, quacunq; uocali præcedente: ut, Cæsar, carcer, uir, leuir, uultur, &c.

Excipe Par, cum cōpositis: ut, compar, impar.

Horat.

Horat.lib.2.Serm.sat.3.Ludere par impar,equitare in harundine longa.

Item Nar,fluuij nomen,Lar,far,cur,fur,et uer.
Lib.1.Met.Ouid.Ver erat æternum,et c.

Præterea græca in er, tertiae declinationis:ut
Lucre.li.5.sunt,aer,æther,stater,crater,character,et similia.
Inde mare,

inde aer,in de æther ignifer stas,ætas,et c.

ipse. Excipiuntur accusatiui græci tertiae declinatio
nis:ut,Troadas,Arcadas,rhetoras.

Et nominatiui fœminini eiusdem declinationis
Li.1.de pō-græci:ut,Pallas,Cyclas,Pleias orta facit.
to,eleg.9.

E S.

In es pleraque longa sunt: ut, fides,
diēs,famēs.

Brevia sunt masculina, quibus genitiui crescunt:
2.Aeneid.ut,milēs,hospes,soſpes.Virgil.Et duri miles Vlyſi.
Præter paries,pes,locuples,et quæ inde fiunt.

Brevia item sunt, Es uerbum,cum compositis.
†Satyr.1.Persius:†:Fur es,ait Pedio,et c. Et penes.Horat.
*In Arte Quem penes arbitriū est. et uis et norma loquendi.
poetica. Et græca in es,pluralia,tertiae declinationis,et

singularia neutra:ut,Troades,Atlantides,hippoma

1.Georg.nes,cacoethes,et similia.Virg.

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Iunctu

Iuuenal. Tenet insanabile multos

Satyr.7.

Scribendi cacoethes, & ægro in corde senescit.

I.S.

Is breue est: ut, ignis, piscis, legis, dicitur, &c.

Excipiuntur datiu*i* & ablatiu*i* plurales: ut, quis pro quibus, dominis, bonis, nobis, uobis, &c.

Item nomina tertiae declinationis, quæ itis uel i-
ris genitiuo faciunt: ut, lis, glis, Samnis. Et uis. nam
& huius plurale, uires quidam faciunt. Ouid. Tan- Li.3 Trist.
taq; commoti uis est Aquilonis, &c. eleg.10.

Et uerba secundæ personæ præsentis, quartæ con-
iugationis, aut coniunctiui modi: ut, audis, possis.

Et uis, cum compositis: ut, quamuis, quiduis, &c.

Coniunctiua futura alias corripiuntur, alias pro-
ducuntur. Iuuenal. Si dixeris, æstuo, sudat. †

Satyr.3.

Horat. Dixeris egregiè, &c.

In Art.poe.

Idem: Miscueris elixa simul, &c.

lib 2.Serm.

Ouid. Da mihi te placidū, dederis in carmina uires.

Sat.2.

Inde & longæ fiunt secundæ personæ plurales:
ut, dederitis, penultima longa. Ouid.6.

† Minus peccabit, qui, teste Micyllo, præteritis Metam. Vi-
breuem ultimam, futuris autem longam tribuet. tam dederi-

Y S.

tis in ūdis.

Etiam græca in ys, per y psilon, bre-
via pleraq; sunt: ut, Tethys, chelys, Capys, &c.

O S.

Os longum est: ut, bos, ros, dos, os

I. Metam. oris, &c. Ouid. Os homini sublime dedit.

Sic & accusatiui plurales, dominos, lupos.

Brevia sunt, os oīsis, compos, & impos. Et gra-
ca pleraq; neutri generis, aut secundē declinationis
simplicia: ut, chaos, melos, Tenedos, &c. Item geni-
tiui tertie: ut, Pallados, Tethyos, & similia.

V S.

Vs breue est: ut, tempus, Venus,
legimus, dicimus, &c.

Excipiuntur monosyllaba: ut, pus, rus, plus. II.
Satyr. 6. uenalis: Plus aloes quam mellis habet, &c.

In Arte. lus, &c. Breue tamen fecit Horatius palu:
Et fœminina, quæ crescunt genitiuis: ut, tellus, sa-

Regis opus, sterilisq; diu palus, aptaq; remis.

Vig. 6. Aeneid. Fata obstant, tristiq; palus inna-
bilis unda.

Græca ex scriptura sua noscuntur. Atque ha-
nus de syllabis.

D E P E D I B V S.

Fiunt autem ex complexione syllabarum pedes.
Pes est certa syllabarū constitutio.

Pedum alij simplices, alij compositi sunt.

Simplices dissyllabi quatuor.

Pyrrhychius • *

ut Deus.

Spondeus --

ut Fraudes.

Trochei

- Trochæus - - ut Annus.
Iambus - - ut Tenax.

Trisyllabi octo.

- Dactylus - - - ut Commodus.
Anapestus - - - ut Domini.
Molossus - - - ut Complexi.
Tribrachys - - - ut Bibere.
Amphibrachys, qui ♂
Scolius dicitur - - - ut Relictus.
Amphimacer, qui ♂
Creticus - - - ut Castitas.
Bacchius - - - ut Vereri.
Antibacchius - - - ut Cantare.

Compositi tetrasyllabi sedecim,

- Proceleusmaticus - - - - ut Hominibus.
Diffondeus - - - - ut Inconstantes.
Choriambus - - - - ut Historiae.
Antistastus - - - - ut Secundare.
Dijambus - - - - ut Seueritas.
Ditrochæus - - - - ut Comprobare.
Ionicus à maiore - - - - ut Cantabimus.
Ionicus à minore - - - - ut Venerantes.
Epitritus primus - - - - ut Salutantes.
Epitritus secundus - - - - ut Concitati.
Epitritus tertius - - - - ut Communicant.
Epitritus quartus - - - - ut Incantare.
Pæon primus - - - - ut Conficere.

Pæon secundus v—vv ut Resoluere.

Pæon tertius vv—v ut Sociare.

Pæon quartus vvv— ut Temeritas.

Ex his igitur inter se certa lege iunctis, uersus omnis generis fiunt.

Est enim uersus, quod & metrum Græcis dicitur, legitima pedum cōpositio. Horum nos hic genere aliquot subiiciemus, ea uidelicet quæ & communiora sunt, & in usu apud poetas frequentiori: quo pueri & compositionem illorum videant, & hinc initium facientes ipsi quoque eodem scribēdi genere sese exerceant. Multas autem habet utilitates cōsuetudo scribendi carmen: magnam enim copiam uerborum & figurarum, & quandam etiam sublimitatem, ut Quintilianus † appellat, orationi solutæ affert. Neq; potest fieri, ut amissa exercitatione scribendorū uersuum, tolerabiliter scribanus orationem solutam. Atq; eius rei plures sunt cause, quam ut hic recitari possint. Adigant igitur præceptores pueritiam ad hanc exercitationem summa cura: statim enim pueri innumerabiles utilitatem sentient se inde perciperē.

† Lib. 10. cap. I. Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poetarum, multiq; eius iudicium sequuntur, neq; id immerito. Nam ab his & in rebus spiritus, & in uerbis sublimitas, & in affectib. motus omnis, & in personis decor petitur.

DE

DE HEROICO METRO.

Heroicum constat sex regionibus,
seu pedibus. Dixerunt autem Heroicū, quod eo ge-
nere gesta et virtutes heroum, hoc est, regum du-
cūq; fortia facta conscripta sint.

Vocant et ἑρωϊκὸν, per excellentiam: et à senario
έπος. unde Epici poetae dicti.
pedum numero.

Vide Diomedem lib. 3.

Recipit

I	Spondeum uel dactylum: ut, Arma ui--vv
II	Spondeum uel dactylum: ut, rumq; ca--vv
III	regi- Spond. uel dact. ut, no Tro--
IV	one, Spond. uel dact. ut, i.e qui --
V	Dactylum regulariter solum: ut, primus ab--vv
VI	Spond. solum, uel trochæum. nam ultimæ sunt solutæ legibus: ut, oris--

Figuræ Hexametri.

Virgilius autem in prima regione etiā per ægri-
no pede usus est, Anapæsto scilicet: ut, Fluuiio vv— 1. Georg.
rum rex Eridanus, camposq; per omnes et c.

Vsi sunt in eadem regione et Proceleusmatico
pede: ut, Genua la vvvv bant.
et Aristat vvvv in portas.

3. Aeneid.
II. Aeneid.

D s Quo

*Quo pede & Virgilius etiam alia in regione u...
In 3. eclog. sus est: ut, Tityre pascentes à flumine reiſce ca...
pellas. Sed uterq; locus etiā aliter excusari potest. †
† Quod i uice cōsonantis ponatur, atq; ita prima
sylaba positione erit longa, ut annotauit Probus.*

In quinta regione inuenias & spondeum: ut,

*Pers. sat. I. Sic costam longo subduximus Appen—nino.
Vir. I. Aen. &, Tun' ille Aeneas, quem Dardanio An—chise.
Sed in hac figura uelim in quarta regione dacty—
lum esse.*

*† In principio tertiae regionis, prima syllaba tum
in Hexametro, tum in Pentametro, solet nonnun—
quam breuis esse, sed ita, si sit finis dictionis, quod*

*Tibull. lib. Grammatici uocant Cæfuram: ut, Te canit agrico—
la, magna cum uenerit urbe.*

Li. I. eleg. 4 &, Et canis arente torreat arua siti.

Idem fit in principio secundæ regionis, & quar—

Virg. 3. Ac. tæ, sed rarius: ut, Liminaq; lau—rusq; dei.

I. Aeneid. &, Et furijs agitatus amor, & —conscia uirtus.

*† Cæsura, est decora in uersu dictionis termina—
tio. Huius autem tanta uis est, ut syllabas aliqui
breues, pro longis tolerari faciat.*

DE PENTAMETRO.

*Pentametrum, quod & Elegiacum
dici ur, quinq; regionibus, seu pedibus constat.
Huius constitutio hæc est:*

I regio

I	<i>regio recipit spondeum uel dactylum.</i>	<i>Vulgus à — vv Ouid.lib.2</i>
II	<i>spondeum uel dact.</i>	<i>mici — vv de Ponto, eleg.3.</i>
III	<i>primum syllaba longa est, ut, as — postea subiicitur dact.</i>	<i>utili — vv</i>
IV	<i>recipit dactylum.</i>	<i>tate pro — vv.</i>
V	<i>unica constat syllaba.</i>	<i>bat v. Quæ ta- men cum superiore syllaba tertiae regionis cōputa- ta, pedem integrum, spondeum uel trochæum facit.</i>
<p>In hoc metro nihil uariatur: sed apud omnes unius formæ, & eiusdem rationis cōponitur. Ab hoc & Elegiam uocant, cōfertum cum Hexametro Pentametrum, ab ēē, quod idem est quod heu heu. nam Elegia lugubre carmen olim significabat. unde Ho Quia defū ratiu in Arte poetica:</p>		
<p>Versibus impariter iunctis querimonia primum, Post etiam inclusa est uoti sententia compos.</p>		

PHALAE CIVM.

Phalæciū ab autore * appellatum tradunt. Est autem pentametrum: hoc est, quinq; pedibus constat.

Recipit,

I	<i>spondeum</i>	<i>Vitam —</i>	Martialis lib.10.
II	<i>regi- dactylum</i>	<i>que faci — vv</i>	
III	<i>one, trochæum ut,</i>	<i>unt be — v</i>	
IV	<i>trochæum</i>	<i>ati — v</i>	
V	<i>troch. uel spond.</i>	<i>orem — v.</i>	

Figuræ.

Iambo et trochœo Catullus usus est in primare
Epigram. gione: ut, Meas — esse aliquid putare nugas.
ad Cotnel. et, Ari—da modò pumice expolitum.

Ibidem. Græci aliter distinguunt hoc metrum, ut et se-
quens Sapphicum, in tres uidelicet regiones, refe-
runtq; ad genus Antispasticum. Sed de eo nihil atti-
net hic disputare.

SAPPHICVM.

Sapphicum, à Sappho nomen ha-
bet. Constat regionibus seu pedibus quinq;.

Recipit,

I		trochæum	Inte-
II	regi-	spondeum	gerū—
III	one	dactylum ut,	tæ, scelerisq;
IV		trochæum	risq;—
V		troch. uel spond.	purus—

Quomodo scribatur, docent exempla. Solente-
nim tres uersiculi coniungi, et subiici Adonicus,
Lib. i. Car. qui constat dactylo et spondeo. ut apud Horat.

ode 22.

Integer uitæ, scelerisq; purus,

Non eget Mauri iaculis, nec arcu,

Nec uenenatis grauida sagittis

Fusce pharetra,

IAM:

IAMBICVM.

*iāu bī ū̄p insectari est, ab iān̄w, unde factū nomē Hoc carmē
generi carminis maledici. Archilochus, siue huius in Comicis
autor fuerit, siue celebrator potius, tanta fuit aser- & tragicis
bitate, ut ad laqueum adegerit Lycamben.* poematis.
Qui sibi famili colloquare poluerat.*

*Quia filiam suam illi collocare noluerat.

Hinc Quid. Tincta Lycambeo sanguine tela madet. In ibid.

Nullius generis tam variæ formæ sunt. Sea nos
de Scenio dicemus. Alij tēmpergōn vocant, quod
bini pedes singula metra faciunt.

Recipit pedes, creberrimum iambum*, preci-
pueq; locis paribus. Et quo plus iamborum habet,
eo uenustior est uersus.

Prima regio admittit spondeum, iambum, dacty monosyllabicum, anapestum, & tribrachyn. propositus.

Secunda iambum, raro anapestum, rarius spondeum.

Tertia spondeum, dactylum, tribrachyn, &c.

Quarta iambū admissit, & reliquos, sed durior recompositione.

Quinta spondeū, iambum, dactylū, tribrachyn.

Sexta iambum. Videmus autē alicubi recepisse
et alios pedes, sed raro amphimacrū, aut bacchios.

Huius generis sunt,
Poe---ta cum --- primūm ani---um ad scri--- Terentia
bendum ad --- pulit vv. prol. An,

Id sibi - vnego - ci cre - didit - solū - dari -

Act. i. sce. i. *Ex*, Obsequi — um amico — cos, ue — ritas — o —
dium uu — parit, v — Item,

Act. 3. sce. 3. Aman — tium i — rae amo v — ris in v — tegra v — tio
est v — .

Mimus Pu. Discor — dia v — fit ca — rior v — cōcor — dia v —
Eadem Dimetri ratio quoq; est: ut,

S. Ambro- Veni v — redēm v — ptor gen — tium v — ,
suis. Manum v — que misē v — v ris por — rige v —

CHORIAMBICVM

Asclepiadeum.

Asclepiadeum, ab autore, seu celeb
rato poeta nomen habet. Choriambicum autem
à pede choriābo dicitur. Habet quatuor regiones,
seu pedes, ut quidēm à Latinis digeritur.

Horat. i. I spondeum Mecœ —

Car. ode. i. II regio ad- choriambum vas atavis — v —

III mittit choriambum: ut edite re — v —

III I iambum uel gibus v —
pyrrhych.

Vicinum Asclepiadeo Glyconicum est, quod tri
bus tantum pedibus constat, spondeo, choriambo
Ex iambo, siue pyrrhychio: ut:

Hora. lib. i. Sicut — diua potens — v — Cypri v — .

Car. ode. 3. DE SCANSIONE.

SScansio est, metiri uersum & enu
merare pedes. Obseruetur autem, quod aliqui
bi quedam

bi quædam syllabæ eliduntur. cuius rei Grammatici ficerunt duas species.

Synalœphen uocant, quum uocalis in fine, propter uocalem in initio dictionis sequentis, dissumilatur, siue obliteratur: ut,

Non facile est, æqua commoda mente pati. nam in scandendo, facil legendum est. Ouid.lib.2 de Arte.

† *Ecthlipsin uocat, cum m in fine una cum uocali præcedente eliditur, sequente uocali alia: ut,* Audendum est, fortis adiuuat ipsa Venus. Legitur *Tibul.lib.2 eleg.i.* enim, Audend' est.

Omnibus hoc uicum est cantoribus inter amicos, Ut nunquam inducant animum cätere rogati, &c. Horat.li.1. Serm.fat.3.

† Dicitur ab *intlibet*, quod elidere significat.

Veteres etiā elidebant s: ut, Inter se coiſſe uiros, & decernere ferro. Vbi in scansione legendum, Inter se coiſſe uir, & decernere ferro, &c. Et Manilius: Taurum Cytheræa tuetur, Formosos Phœbus geminos, Cyllenus cancerū. Legitur enim, Cylleni. Atq; hæ elisiones in diuersis dictionibus fiunt.

Et autem & quando in eadem dictione uocalis ante aliam absorbetur. quam figuram communi nomine Synæresin uocamus: Græci autem peculiari ter Syncphonesin & Synizesin † uocant.

† Quando duæ uocales, syllabis diuisæ, in scansione pro una accipiuntur.

Cuius exempla sunt, Stat sua cuiq; dies: pro, cuiq;. Virg.10. D s Et apud Aeneid.

6. Fast. Et apud Ouid. Notus amor Phædræ, nota est iniuria Thesci: pro, Thesei.

Lucā.lib.4 Itē, Quiq; fluet multo non deerit uulnere sanguis.

Ouid.13. C, Nos animo quantūq; ratem qui tēperat anteit.

Metamor. Sic et Aluearia quadrifyllabum apud Virgilium
*legitur, aliaq; similia.

*4. Geor. Seu lēto fuerint aluearia uimine texta,

Tibul. li. 1. Huic contraria Diæresis est: ut, Stamina non uleleg. 7. li dissoluēda deo. C,

Virg.3. Ae. Aulai in medio libabāt procula Bacchi: pro Aule.

In 3. eclog. Alicubi autem non eliduntur uocales t: ut, Et sucus pecori, et lac subducitur agnis.

2. Eloga. C, Te Corydō, ô Alexi, trahit sua quēq; uoluptas.

1. Aeneid. Item, Posthabita coluisse Samo, hic illius arma.
Sed habet hic aspiratio propemodum consonantis
naturam, quemadmodum et alias sēpe distractabit no
cales: ut in uoce abenum, et similibus.

† Sed hoc imitationi Græcorum, aut certè poetarum licentiae atque authoritati tribuendum est.
Possunt autē cēsura quoq; defendi, quòd illa pro
pter commatum suspensionem, uocalium concur
sus quodammodo expleat & complanet. Micyllus
lib.1. de Re metrica.

Animaduertāt pueri & genus uer
suum esse, quos iποψεις appellant, ubi superera

1. Georg. una syllaba. ut apud Virgilium:

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Aut folijs undam tepidi diffumat absenti. Nam in
ne

ne superioris uersiculi syllaba una supereft, quæ tam
en coalescit cum initio sequentis uersus, qui à uo-
cali incipit.

Vtuntur autem & alijs figuris poe-
tæ.ceu sunt, Syncope: ut, Vixet, cui uitam Deus, Vir.ii.Aen.
aut sua fata dediffent:pro, Vixisset.

Apocope:ut, Teq; aspectu ne subtrahē nostro: 6.Aeneid.
pro aspectui.

&, Namq; aliæ uictu inuigilant:pro, uictui. 4.Georg.

Aphæresis:ut, Discite iustitiam moniti, & non 6.Aeneid.
temere diuos:pro contemnere.

Item Epenthesis:ut, Quales nunc epulas ipsum
glutisse putamus Induperatorem, &c.pro, Impe-
ratorem:Iuuinalis. &r, Tribulaq; trahe&q;, &c. Satyr.4.
pro, trah&:Virgil.1.Georg.

Paragoge:ut,Sin maculæ incipient rubro immi Ibidem.
scerier igni:pro immisceri.

Tmesis:ut, Quæ me cunque feret tellus: pro, Vir.i.Aen.
Quæcunq;. In eo.l.co.
† Cic.lib.i.
de Ora. V-

Et Diplasiasmus:ut, Reliquias Danaūm, atque sus omniū
immitis Achilli:pro, Reliquias.

† Pleriq; autē alia usus docebit, optimus artium magistrorū
magister. Nam præceptiones debent pingui Miner præcepta
ua uiam quandam scribendi breuiter indicare. De- superat. Itē
inde lectione optimorum poetarum, iudicium con- pro Rabir.
firmandum est, ut quid deceat, quid non deceat, in- Posth. Vfus
telligatur. Manum, inquit Anaxagoras, sapientiæ magister
causam mus.

Aristot.de causam esse: cum uellet monere, omnes artes usus et
 Partibus animalium li.
 4.can.10. experiendo parari. Ita ex carminis condendi ratio
 Anaxago- nem illi rectissime intelliget, qui ex scribere ipso
 ras hominē nabuntur, ex in scribendo se ad ueterum imi-
 prudētissi- tationem omnibus ingenij uiri-
 mum omni- bus contulerint.
 um anima-
 liū esse ait,
 quoniam u-
 nus omniū
 manus ob-
 tinet.

F I N I S.

DE ORTHOGRA- PHIA, IOACHIMO CA- MERARIO AUTORE.



SSE aliquam emendatè scriben-
 di rationem, ex eo etiam mani-
 stum fit, quod alia in hac parte a-
 lij sequantur. Non potest autem
 nisi unum esse uerum, secundum
 uersum ueterem, εὸν ἀπομνησθε τοιούτοις οὐκέτι λατεῖον. Est igitur uerum ac rectum, simplex,
 atq; unius modi: bonum enim hoc certè. Falsum au-
 tem, ex prauum, multiplex, quoniam malum. Ratio
 autem ex scientia exquirit atq; inuenit uerum, cum
 proprietatem sermonis, ex naturam lingue consi-
 derando, tum usum incorruptæ antiquitatis obser-
 uando. Etsi autem interdum præsens consuetudo a-
 liquid obtinet ex uincit contra ueritatem, tamen
 doctrina ex ratio ita illud admittit, ut quemadmo-

dum se

dum se facere Cicero ait, usum populo, quæ certè
est multitudo imperita, cōcedat, scientiam reseruet
sibi. Que cum ita se habeant, constituendum pri-
mùm, quid Orthographiā uocemus: deinde, in qui-
bus hęc spectetur. Est igitur Orthographia, in-
scribendo earum literarum exaratio, quarum po-
testatem synceritas pronunciationis, secundum u-
niuersiusque linguae naturam requirit. Literas ap-
pello figuras ex notis elementorum, de quibus pri-
mis uerba, seu dictiones componuntur: quorum uis
ac potestas, ut scimus, in dicio certarum figurarum
indicatur, pronunciandoq; exprimitur. In qua ma-
ximè parte ueritas conseruatur ab incorrupto usu
et synceritate sermonis. Non autē linguae omnium
ad quascunq; pronunciationes sunt idoneæ. Qua-
propter quemadmodum sermonem inscritia et bar-
baria externalorum depravari scimus: ita etiam pro-
nunciatio aliena fit, et detorta in ore, et de lingua
externa. Cum autem scriptura lectioni seu pronun-
ciationi seruire debeat, ut id ad nostras et aliorum
aurestransmittatur, quod illa commiserit: pars cili-
cet fuerit, ea perscribendo designari, quæ proferen-
do enunciari uelimus. Vnde sequitur, si quid non re-
cte dicatur, ut illud ne scribi quidem debeat. Non
modo errat autem, qui aliquid perperam scribendo
exarat: sed in errorem etiam inducit alios, qui ar-
bitrantur scripturam esse emendatam, et illam se-
quuntur.

quuntur. Primum est igitur, ut id perscribatur; quod legi & pronunciari uolumus. Ut autem uera sit scriptura, id uelle nos oportet, quod rectum est. Videbimus igitur, Quid, tñ: Quale, wōiōu: Quantum, wōiōu scribi oportet.

Quid scribendum sit, cum queritur, queritur quæ figuræ literarum exarandæ sint in aliqua syllaba: ut, ἀμβροσίωνε, an ἀμπανίων: Gras-
fari, an Crassari: Virgilius, an Vergilius: Aßum,
an Adsum: Afficio, an Adfacio : Effertus, an Ecfar-
tus: In quo cum origo uocabuli, tum uetus statis au-
toritas obseruanda est. ut quòd Virgilius sit à Vir-
gula, Grassari à Gradiendo. Assum autem, et si est
duplicatum ex ad & sum, sicut Afficio ex ad & fa-
cior: tamen autoritas ueterum reponit Assum, Affi-
cio, Effertus. Sicut Aufero est uerum, non Abfero.
Picra Galeni, uerum: Pigræ, falso.

Quale in ordine cernitur, & comprehensione
literarum, cum diuiditur pronunciatio. Vi rectum
est, Abs tineo, sicut Abs temius. contrà, Constituo,
Con sternor. Rectum est, De spicio: non rectum, Di-
straho. Rectum est, Audio : non rectum, Audio.
Mutatio ordinis autem est in his, Scortum, Scro-
tum: Furmentum, Frumentum : Pregula, Pergula
que sunt tamen alterius potius considerationis, ne-
que hoc propriè pertinent.

Quantum spectatur in adiectione, aut detrac-
tionei

etione: ut, Emptus, contemptus, dampnatus, quo-
tiens, quum, quoi, quur, coquis, præcor, sœlix, mi-
chi, sepulchrum, simulachrum, lachrimæ, bionius.
quæ omnia uitiosè scribuntur, abundantibus literis.
Nactus, rectè scribitur, Nancus perperam. Iera
Galeni falsum, cum sit iēgæ. Iusquyamus, et adie-
ctione et detractione falsum, cum sit iōgnvæmos.
Sed quoniam hæc prius corrumpuntur in scititia in-
eruditionis, quam errore scripturæ, ideo alibi di-
fputatur de his copiosius.

DE ACCENTIBVS.

His expositis, ueniamus ad indicationem rectæ
scriptionis, de accentibus tamen prius mentione fa-
cta: quoniam et horum notas diligentia scribarum
cœpit in latinis dictionibus usurpare. Sciendum
igitur, falsum esse, acui finales syllabas, cum una
plus est in uno uerbo: ut, Profectò, Certò, Amabò.
Quod etiam Prisciano placuisse animaduerto, ut
partium orationis discriminem hoc modo indicetur.
Sed multo melior autor Fabius, hoc fieri oportere
negat: quia nulla latina dictio multarum syllaba-
rum, habeat acutum tonum in ultima, quod Græci
nominat ὁγύτονον. Non ergo oportet inculcari diffe-
rentiae causa, id quod in natura sermonis non inest,
uel quod huic potius contrarium est. Super longas
quidem uocales lineam duci improbandum non est,
præsertim differente significatione: ut scribatur,
Felix,

Fēlix, Pālus, Mālus, Vēnit, Bōlus, Frēta, āret. Plācet, Pōtis, Rēmus. Sērum, Oblītus. In quibus Fabius docuit duplicasse ueteres uocales, ut Felix & Pa-
lus scriberent. Et si autem longarum & breuiū syl-
labarum discrimina non seruamus pronunciando,
his temporibus, & de nostra lingua: tamen ad ac-
centuum rationem notum hoc esse prodest, & ita
ambiguitas tollitur orationis. Si sciam enim, Freta
cum dicitur, esse e longum: non ignorabo, generis
fœminini nomen esse, & quid significetur, statim in-
telligam. Neq; pronunciabo, Permanet, si sciam uer-
bum esse Manare, & habere longam primam syllu-
bam. Non trūcido, cum sit cēdo. Non simūlacrum,
aut candēlabrum. Non immōror, et ibo, perplācer,
cōrrugo, defrūtum, ablatum, dirūtum, dilutum.

Sed nunc præcepta quædam Orthographiæ ex-
ponamus. Cūm sciuerimus, quib. literis que sylla-
be perscribendæ sint in sua prima origine: tum de-
inde, in quas illæ in duplicationibus & alijs formis
transeant atq; mutentur, notabimus. Considerabun-
tur autem primo loco uocales, secundo consonan-
tes. Ut uerbi causa, a breue mutari in i breue: facio,
perficio: facilis, difficilis: cano, concino: cado, occi-
do: frango, effringo: tango, attingo. E longum, ini-
longum: cedo, occido. breue, in breue: lego, colli-
go. V in o:femur, femoris. Rursum a in e:arma, in-
ermis: facio, feci: halitus, anhelitus. in u:salsus, in-
sulfus;

sulfus. E in u: faciendum, faciundum, &c. de quibus differuit copiose Priscianus.

DE DIPHTHONGIS.

Quæ autem syllabæ longæ uocales habeant, aut diphthongos, non potest generalibus præceptis tradi. Græca quidem sunt certa: ut, Chærephon, Thyœtes. Sed in latinis multis, pro longis uocalibus cœptæ fuerunt scribi diphthongi: ut, felix, sœlix, quia ueteres scripsere felix. Sed in his sequendum est id quod consuetudo obtinuit: ut scribamus, præmium, prædium, cædo, cœpi, lædo, quæro, scena, æthica, quæ sunt certè onus & ubinae. Item præbeo, ægi, &c. secundum correctissimorum libros scripturam.

Vocalis ει, Græcorū est, quæ sine ratione in quibusdā latinis uerbis ponitur: ut omnes, quies. cum illam in græcis repertā Latini mutarint nunc in i longum, ut Nilus: nunc in e longum, ut Museum: est enim νεῖος εὶ μυστῖον.

I pro consonante ueteres geminarunt: ut, Pompejus, unde genitius Pompeij. Eijs, & datiuo ej. Postea hoc seruatum non fuit.

Donatus dicit, u non ponit inter literam q, & aliam consonantem, sine altera uocali. Notum autem est, quæ ueteres non usurpare: sed posterioribus placuisse scribi hanc figuram tunc, cum sequeretur ut, quare, quia, quoniam, quæro, equeus. Falsum er-

go est, quur, quū. Itaq; alij fecerunt quor, quom, &
quoi, similiter falso: est enim, cū et cui, sicut cur. Siq;
omnino uellent litera q uti, scribi oportebat, qur,
qum: & mutata litera, qor, qom, quoi: sicut coqum
& coqom, hirqū ac hirqom. Sed hec inusitata sunt.

DE CONSONANTIBVS.

Falso consonantes aliqui uocalibus adiuxerunt,
ut esset plenior vox. Tale est, quotiens pro quoties,
thesaurus pro thesaurus, formosus pro formosus.
Et si fieri potest, ut imperiti scribæ apicem produ-
ctionis, notam esse putauerint literæ n. Contrā de-
traxere aliqui literam n, & scriperunt, pregnatem
pro pregnantem, & similia. quorum utrumque im-
probandum est.

Sed quæ mutæ nominantur, harum b ante c, f, g,
p, r, in eas ipsas transit: succedo, suffragor, sugge-
ro, supprimo, surrogo. Hæc sunt certa & usitata.
Fecerunt & sumitto, & summoueo, & summæ-
nium, & similia, quæ & ipsa ita scribi oportere sen-
tio. D, sequente c, f, g, l, n, p, r, s, t, in easdem tran-
sit. Priscianus non fecit omnium, sed aliquarum tan-
tum mentionem. Exempla sunt, quicquid, accino,
affinis, aggredior, agnatus, alligo, annozo, appro-
bo, arrideo, aßimulo, attingo. Placuit & ammoueo
& ammolior quibusdā: sed ambiguitatis causa reti-
nendū censeo. admoueo, admolior, ne uideatur esse
amoueo, amolior. M mutatur in n: anquiero, an-
cep̄o

teps, quanquam, ancisus, nuncubi, nunquis, tantundem. Amfractus autem uerius esse puto, quam sit anfractus. Nante l, m, in easdem transit: colligo, comminuo. Ante p, in m: comprimo. Item ante b, imbellis. R mutatur in l, si sequitur l: ut, pellego, pellucet. S in m: ut, diminuo, ut placet Prisciano. Alij fecerunt deminuo. Exsiliū, & expes, & exspecto, & exsequor, ac similia reperiuntur in quibusdam libris, qui sunt, ut ita dicam, νεοτάλαιοι. Et annotauit Priscianus hanc scripturam, cum quidem improbet: & est improbanda. Non enim duæ geminatæ consonantes alteram consonantē sequuntur. Neg; dicimus, abscissus, asspicio, asspiro, desspicio, & similia: sed asspicio, abscissus, despicio: & similiter, exul, exilium, exequor, expes, expecto, expuo, expolior, aspiro. Quod etiam aliqui scripsere, adgnatus, falsum est. Nam si in his, ignarus, ignotus, ignominia, & similibus, quod g adderetur, n litera elisa fuit, ne tot consonantes concurreret, quanto minus ferendus hic multo durior consonantium concursus? Translatus, transductus, transmissus, transcriptus, transgressus, transpositus, transuelus, scribuntur nunc, & pronunciantur ita ut scribuntur. Sed ueteres illa hac forma protulerunt, qua traieclum: & fecerunt tralatus, unde tralatiū: traductus, transmissus, & cetera eadem forma.

Ioach. Camerarij

DE ASPIRATIONE.

In sermone Latino nulli consonanti aspirari n^erum est. Itaq; & de græcis uerbis detracte fuerunt aspirationes, ut docuit Iouianus Pōtanus, cuius extat Libellus eruditissimus de Aspiratione, legendus ab omnibus bonarum artium & literarum studiosis. Vocalium igitur aspirationes seruari debebunt usitatæ, quæ ignotæ non sunt: et si etiam in his græcissantes Latini posteriores, crebriorib. usi fuerunt, quam naturæ & proprietas linguae Latine patetur. Hospes scribi rectè putatur: ostium autem aspiratione carebit, cum fores significat. Humidus usitatum, hucus non item. Hulcus probatur, quod sit ēλνος. Etiam hiulcum, quod hio. Honestus, sed non etiam honestus: alterum enim ab honore, alterum ab onere nominatum fuit. Habeo, uerum est: erit igitur habilis. & ita in alijs. sed habundare falsum est. Græca uero per se sunt manifesta. Consonantibus cœptū esse aspirari sua ætate, scribit Cicero in Oratione. Hæ fuerunt luxuſuſū græcitatis. Verum igitur est, his non aspirari. Quapropter scribemus, pulcer, orcus, lurco quoq; et si hec Probus aspirationem habere putat. Nam de alijs pronunciat, omnia esse peregrina, quæ post cliteram aspirationem habeant: ut, chorus, Charon, Archemorus, charta. Sic dicemus, schola, schema. Erit & carthinnus, græca origine, Sepulcrum item, & simulacrum,

lacrum, & similia, sine aspiratione scribentur. Simē liter, Oto, Mato, Corona, Obscēnus, Cœpio, uera sunt. Etiam Cetegus, & Cartago, & Triumpus, teste Cicerone. Sed hæc tamē nunc ferè omnes sic scribunt, ut fiat Cethagus, Carthago, triumphus. Tu-
tissimum autem, & ut opinor, his temporibus re-
ctissimum futurit, quoniam tam Græca quam Latina
lingua nobis externa est, ut si in lingua Latina, græ-
ca uocabula latinis literis uelimus exarare, illas ex-
primamus, neq; omittentes, neq; immutātes aliquas:
quemadmodum in Burro, & Brugibus, & Meden-
tio, & Apua fecerunt ueteres. Quanquam Illurios
non improbem, neq; æs cuprium, neq; cuminum, ne-
que collurium, &c. Et vñ certè sus est, & uigaua
murana: sicut uñs mus, & uotulos mutilus, &
luiu cluo.

DE LITERIS K ET Q.

K literam constat esse græcam, & græcarum di-
ctionum causa Latinis annumeratam, sicut z & y:
ut, Kallinus, kalamus. Itaq; miror, quid in mentem
uenerit ijs qui præceperunt, hanc ante a breue po-
nendam: ut, kanna, kaput, Karthago. Quidam ta-
men & karus & karitas ausi fuerunt scribere. Sed
in primis est alienum, quod etiam Kalendas hanc li-
teram habere uoluerunt: cum græcas calendas nul-
las esse, etiam proverbio significetur: quando quod
futurum esse nūquam, uolumus indicare, id ad græ-

DE D V P L I C A T I O N E
literarum.

Veteres consonantibus usos esse geminatis, negant: sed cum pleniorē repetita aliqua sonum esse uellent, super consonante apicem collocasse traduntur, quemadmodum et productam uirgulam super longis: ut, Pōpulus Alcide gratiss. Tale nūmūs, se-
ra, Tubulūs, Catulūs: quæ sunt, nummus, serra, Ti-
bullus, Catullus. Sed postea, cum geminæ scribi co-
pissent, ss geminatū fuit sepe in medijs syllabis, quod
huius sonus in lingua Latina per eſſet exilis. Hinc
est Cauffa, aussus, cassus, cæſſus. Quod nunc etiam
sequi, fortasse alijs in quadam curiositate impeptum,
alijs à studio latinitatis neutiquam alienum eſſe ui-
deatur, ut de hoc præcipere aliquid non libeat.

DE GR AE C IS LITE-
ris z et y.

Z Græcorum litera, mutata fuit in ss geminū: ut,
ωατέρω patrissō, φιλιππίσω Philipissō. Sic et ba-
ptissō dicemus, et similia. Y autem nunc solet ferre
retineri, et si mutasse veteres in u constat, quemad-
modum paulo antè ostendimus.

DE LITERA X.

X litera, quia accepta, et usu approbata est, sed
utemur. Scribemus q; Calx, siue de maceria, seu de
pede:

pede:contra Capri distinctionem, qui & alia quedam magis de incerta usurpatione, quam uera ratione distinguit:ut, protenus & protinus, quatenus & quatinus, pinnas & pennas, scorpium & scorpionem. De quibus ipse uiderit: neque haec ad orthographiae propriè tractationem pertinent.

DE DERIVATIVIS.

In ijs quæ decrivata, declinatae, aut duplicatae sunt, uidendum est, ut scribentes eas usurpemus literas, quæ dictionum origini conueniunt, quatenus hoc ueritatis ratio patietur: ut, Conditio potius quam condicio, Suspicio autem potius quam suspicio. Demonstratio item, non demonstracio. Iudicium, audacia, precium: non iuditium & audatia & pretium. Iusticia rectius, quam iustitia. Sic fiet, uelocium, loquacium, felicum: à ueloci, loquaci, felici. Canentium autem, & dicentium, à canenti & dicenti. Similiter uelocior, felicior: non uelotior, felotior. Occipitum, uerum est: auspitiū non est, sed auspicium. Quotidie malim: quam cotidie. Exquiero, negligo, uerum: quamvis in Terentianis libris & alibi repertum sit Neglegere & exquare. Testacius, mustacius, sicut gallinacius. Minutius, Munatius, Mutius, Constantius, Terentius, Caluentius, t habent. Quorum autem mutata scriptura, etiam significatio mutatur, ea diligenter distinguenda sunt: ut, desertus, disertus: deductus, diductus: delator,

dilator: questus, questus: hora, ora, deligi, diligi.
Tale quibusdam placuit esse Deluit, id est, purga-
uit: ut, Deluit crimen. Diluit, miscuit: ut, Diluit ue-
nenum. Fuerunt qui aduersum & aduersus signifi-
catione discernerent, sed sine causa. Est enim Anna-
tæ Annæ: ut seorsus, seorsum: & fortasse, fortassis,
& his similia. Tale est quod quibusdam placuit, Ce-
pit urbem, Cœpit orationem: ut ibi significetur oc-
cupatio, hic exordiū. Item pignora in obijnas esse,
pignerat liberos. Sed hæc & alia huiusmodi plura,
magis exquisita quam uera esse puto. Verum si linea-
guæ natura, quæ est ueritatis ratio, obstiterit, origi-
nis respectu non mouebimur, quo minus ea perscri-
bamus, que pronunciari rectum est: ut, assūm, non
adsum: affero, non adfero: absiduus, siue ab absibus
facto, seu cum præpositione ad composito nomine:
colloquium, non cōloquium, &c. Neque scribemus
ideo exsiliū, quod placet hanc ex solo esse expul-
sionem, neq; Exterrīs potius quam extorris, quam-
uis perhibeat à terra ductum nomen. Neq; uensi-
ca, pro uesica, quod uento illa non careat. Sed de
his satis.

DE ANTIQVIS.

In antiquis autorum libris scripturam anti-
quam relinqui rectum est, affectari non oportet imi-
tando. Huiusmodi sunt, seruos, uolgas, Pulixenæ,
Agerunte, olla, plostrum, Clodus, unde remansit
Clodius,

Clodius, ut à Claudio Claudius: optumus, sacerrimus, & his similia.

DE S C R I P T V R A E
breuitate.

. Non modò ad occultandā sententiam, sed etiam compendiosæ scriptionis gratia, notæ usurpatæ semper fuerunt, ex scriptura facta breuior, ex ut ita dicam, succinctior ac expeditior. De notis nunc dicendum non est. Sed breuitas, & ueluti correptio, consistit in omissione aliquarum literarum, uel contractis figuris. In qua parte mirifica est gnauitas Græcorum, agili manu, & idoneis ductibus ad implicandum: ut, νῆλον, καρτε. ιών, ηγε. Ρ., γαρ. τ., τις. Μ., υδε. λέγεται, λέγεται. ιησος, χριστος, χριστος, & alia etiam mirabiliora, quæ inculcanda non fuerunt hoc loco. Ex hoc genere est, πῶ χ' αξόμυκον, id est, ductus literæ χ, ita exaratæ, ut superne per decussationem deducatur. &c. quæ figura designarunt nomen Saluatoris & Domini nostri Iesu, filij Dei, qui sanguine suo reconciliauit æterno Patri genus humanum. Sed hæc in linga Latina crebro non usurpari, melius fuerit, præsertim in eptè quibusdā factis: ut, dra, differentia: btr, breuiter: nlr, naturaliter: & quæ neq; in mentem mihi ueniunt, neq; digna sunt ut demonstrentur, & sue cuiusq; sunt architecationis. Sic decurtatur, opt. potiss. acerr. quib. & similia.

Si non distinguuntur pronunciando uerba, fit ut confundatur sententia: ut, Inuia uirtuti nulla est uia dixit & auro Fulgentem ramum sylua Iunonis auernæ Monstrauit. Nam sic erit incertum, utrum tantum uirtuti, an uirtuti simul atq; auro nulla uia inuia esse perhibetur. Distingui autem solent ea quæ scribuntur, secundum pronunciationis ueritatem. Si enim sit imperfecta sententia, & dicatur tam aliquid, enunciatio, quam Græci σταύγειον vocant, non nihil est suspendenda: ne continuata serie procedens, reddat orationem obscuram indistinctis uerbis, & ita inexplicato sensu. Perfecta autem sententia, premitur aliquanto enunciatio magis, ne ad hanc additum tunc etiam iri aliquid auditor suspicetur. Cum est quidem periodica oratio, id est, absoluta omnibus partibus, & numeris circumductatum & magis necessarium, & evidentius est id, de quo nunc loquimur. Periodicæ autem orationis partes sunt præcipuae, μωλα, id est membra: minus præcipuae, λιόμητα, id est cæsa. Itaq; horum exempla proponere facile est. ut hoc Virgilianum:
 Stat sua cuig; dies, breue & irreparabile tempus
 Omnibus est uitæ: sed famam extendere factis,
 Hoc uirtutis opus. —

Cicero de Nat. deor. lib. 2. Cultus autē deorum
est opti-

est optimus, idemq; castissimus atque sanctissimus,
 plenissimusq; pietatis: ut eos semper pura, integra,
 incorrupta & mente & uoce ueneremur. Notas,
 &, ut uocarunt, puncta distinctionis, alijs alijs figu-
 ris exprimunt. Simplicissimum esse uidetur, ad pe-
 riodum, seu perfectam & plenam sententiam, in me-
 dio apponi unam notam, ad membra duas, ad cæsa
 inflexam uirgulam, qua quidem tam ad membra
 quam cæsa quidam uti reperiuntur. Non etiam nul-
 li multo plures notas scriptis inserunt. ut $\alpha\pi\sigma\iota\omega\pi\eta$
 &ews, quam suspensionem uocant: ut, Quos ego: sed
 motos præstat componere fluctus. Et aliarum affe-
 ctionum: ut querelæ, indignationis, doloris, simula-
 tionis, seu ironiae, & cæterarum. Sed relinquendum
 etiam est aliquid lectoris industriæ: non enim hæc
 planè rudibus & ineruditis præcepta traduntur.
 Interrogatio rectè indicatur: sëpe enim non ani-
 maduersa hæc sententiam peruerit. ut, Cantando
 tu illum? Subiçienda autem hæc nota semper est in
 terrogationis membris: ut,

Non'ne uides? croceos ut T molus odores:
 India mittit ebur: molles sua thura Sabæi:
 At Calybes nudi ferrum. uirosaq; Pontus
 Castoria, Eliadum palmas Epirus equarum?

Etiam $\omega\epsilon\rho\tau\theta\epsilon\omega\mu$ notæ bona sunt, & utiles,
 præsertim si sit productio longior, quod Græci i-
 négatōv nominant. Hanc ferè circulo diſecto,
 utrinq;

utrinq; apponunt, contra se lunatam. Maro lib. 5.
 Summe pater (nam te uoluit rex magnus Olympi
 Talibus auspicijs exortem ducere honorem)
 Ipsius Anchise longæ ui hoc munus habebis, &c.

De alijs multiplicibus notis, ut paragraphis, aste
 riscis, obeliscis, &ceteris, in presentia dicendum
 esse non putauimus, multo minus de musicis carmi-
 num. Etiam breuius quam fortasse alicui fieri oport-
 uisse uideatur, perstrinximus rem totam, cum ta-
 men in genere satis planè demonstrata esse omnia
 sperem. Hic igitur nostræ in presentia di-
 sputationis finis esto.

Ioachimus Camerarius Rabeperg. prescrip.

Id. Martij, Anno Christi

M. D. LII.

IMAGO ECCLESIAE,

Per Philip. Melan.

Moses stans in cauerna rupis, ac uidens
tergum Dei prætereuntis.

Exod. 33.

INsita sunt animis nostris ab origine prima,
Notitiæ autoris semina uera Dei.

Impositum ut nobis Dominum sciremus, & eius
Immota legi subdita uita foret.

Hei, cur has flamas diuinæ extinguere lucis
Tam multi oblii seq; Deumq; solent?

Iustaq; legitimæ conturbant foedera uitæ,
Contemptoq; ruunt in scelus omne Deo?

Sed paucos tamen hæc accensa in pectore flamma
Per mouet, ut uitæ munera iusta colant.

His nouisse Deum propius, coramq; uidere,
Quantum concedet, maximus ardor inest.

Ergo etiam Moses uultus in lumine claro
Monstratos Domini cernere posse rogat.

Sed docet & Mosen, & uos totumq; piorum
Agmen, ubi agnoscis se Deus ipse uelit.

Non hæc pigra hominū cōcreta ex puluere moles,
Insuper & uitijs contaminata suis,

Sustinuisse potest diuini incendia uultus,
Cum sordes nostras indicis ira uidet.

Ergo iubet Mosen sublimi insistere rupi,
Illijs & latebris se tenuisse cauis.

Hac

Hac ego præteriens, inquit, dabo terga uidenda,
 Sic ut & interea te mea dextra tegat.
 Nos quoq; in immota docuit consistere rupe,
 Amplecti gnatum dum iubet ipse suum.
 Et latebrae nobis subeundæ: Ecclesia sola est,
 In qua Euangelij dogmata pura sonant.
 Namq; Deus transit per mundi secula cuncta,
 Ut cœtus aliquos iungat & ipse sibi.
 Nec genus humanum, quod imago debuit esse,
 Autorem referens, omne perire sinit.
 Quosq; sibi adiunxit, locat uno in uertice cunctis
 Nemo illum ex alia cernere sede potest.
 Hi uocem agnoscunt, & facta ingentia cunctis,
 Præsentemq; uident semper adesse Deum.
 Expectantq; olim uenturæ gaudia uite,
 Et bona quæ nullo sunt peritura die.
 Tunc nec erunt discedentis uestigia tantum;
 Nec tantum longè terga uidenda Dei:
 Sed fulgore nouo proprius spectabimus ora,
 Colloquio dabitur perpetuoq; frui.
 Arcanas causas, in specie fonte, sciemus,
 Et gratae mentes munera tanta canent.
 Inter ea bellis lacerantur regna, suasq;
 In poenas fato mundus ubiq; ruit.
 Ac uelut aggesis Titanas montibus ausos
 Ad sublimem Arcton scandere fama referti
 Conatosq; astris extinctis, omnia rursus

Id uetus & cæcum uertere mixta chaos:
 Turcica sic rabies paſsim ſeſe impia iactat,
 Aduersus gnatum bella mouere Dei.
 Deniq; cum uarijs quatiatur motibus orbis,
 Exercent Christi multa pericla gregem.
 Sed tamen hos inter terrores, magna uerendi
 Dextra pios cœtus protegit ipſa Dei.

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA
 Ioannis Oporini, Anno Salutis huma-
 nae M. D. L V. Mense
 Nouembri.



